Digitized by Google

Národní knihovna ČR
Historické fondy
28 G 18
Národní knihovna
1003019721
XXVIII.
G 18

C. VII. 5.

Digitized by Google

Digitized by Google

JACOBI TOLLII
INSIGNIA
ITINERARII
ITALICI,

Quibus continentur

ANTIQUITATES SACRÆ.



ACAD. PRAGEN. REGIÆ. BIBLIOTH.

TRAJECTI ad RHENUM,

Apud { FRANCISCUM HALMAM, GUILIELMUM vande WATER, } Bibilop.

M. D. C. XCVI.

1.

Digitized by Google

Digitized by Google

POTENTISSIMO & INVICTISSIMO

CÆSARI,

LEOPOLDO

MAGNO,

D.G. ELECTO

ROMANORUM IMPERATORI SEMPER AUGUSTO, P.F.

GERMANIÆ, HUNGARIÆ, BOJOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ, SCLAVONIÆ, &c. &c. &c.

Digitized by Google

REGI,
ARCHIDUCI
AUSTRIÆ,

DUCI BURGUNDIÆ,
STIRIÆ, CARINTHIÆ,
CARNIOLÆ, ET WIR-
TEMBERGÆ, COMI-
TI TERIOLORUM,
&c. &c. &c.

Triumphatori Gentium Barbara-
rum, Optimo Principi,

Felicitatem perpetuam.

A U.

Digitized by Google

AUGUSTISSIME IMPERATOR,

NOn infœcundus ager accepta plerumque ſemina diti reddit cum fœnore: quod eo luculentius eſt, & uberius, quo benigniore fuit aeris temperie fotus, adjutuſque. At ubi cœlum triſtius frugum obſtitit incrementis, parcius hæ proveniunt, neque ſatoris reſpondent exſpectationi. Tua Liberalitas, & animi Clementia, OPTIME CÆSARUM, illa mihi Viennæ ſemina ſuppeditaverunt, quæ in has tandem excrevere & maturuere ſpicas, quas nunc in Auguſtæ Bonitatis Tuæ Ara adolendas oblatum venio. Immitior aura e Brandeburgico ſpirans Palatio, ad inſtar ſævientis Boreæ, diro ſemina Tua, ne exſurgerent, rigore continuit. Tandem Divina illa diſcuſſa adſpiramine eſt: & ecce tenuiorem quidem, ſed tamen cum augmento ſegetem:

 quam

quam ſi tam benivolo acceperis animo, CÆSAR AUGUSTISSIME, quam favente ſemina ejus præberi juſſiſti voce, habebo certe, quod gratæ devinctæque AUGUSTÆ MAJESTATI TUÆ mentis ſtudia feliciſſime mihi impenſa gratuler. Nihil vero mihi jucundius, quam quid, quantumque SACRATISS. MAJESTATI TUÆ debeam, publice teſtari. Decreveram hiſce THEOLOGICIS, quod argumentum non tam meæ eſt Profeſſionis, MEDICA ſubnectere, & CORPUS CHIRURGIÆ GRÆCÆ veteris Gr. Lat. Auctori itidem ſuo, SER. Principi COSMO TERTIO, Magno Hetruriæ Duci, debita cum gratiarum actione, laudeque, reſtituere, atque conſecrare. Huic porro operi Chemicos adjungere Poetas Græcos: ac tandem tertio tomo, quæ ad mea cummaxime ſpectant ſtudia, id eſt, Monumenta vetera inedita literaria, utroque ſermone, prorſa ac ligata conſcripta oratione, complecti. Tua incredibilis, AUGUSTISSIME IMPERATOR, in omne ſtudiorum genus, præcipue vero

Me-

Medicum, animi propenſio, cum admirabili eruditione conjuncta, impulit me, ut animi mei ſententiam paulo liberius hic exponerem: præſertim, quod, quum ex Italia primum redux ad SACRATISSIMÆ MAJESTATIS TUÆ venerationem admiſſus eſſem, ipſa Tua Vox Auguſta & diligentiam meam in deſcribendo illo codice vetere Chirurgico probare dignata eſt, & porro me ad editionem ejus clementiſſime cohortari. Erat hic mihi campus vix ullis circumſcriptus terminis, LEOPOLDE CÆSAR INVICTISSIME, totum illud SACRATISSIMÆ TUÆ MAJESTATIS ſtudium, quo omnis doctrinæ cultum proſequeris,& remp. Literariam Liberalitate Tua Benignitateque mirifice complecteris, omni facundia, quantacunque in me eſt, honoreque verborum extollendi: Erat argumentum illuſtre, exoptatum, & ad perpetuitatem famæ accommodatiſſimum, Cæſaream Tuam Vindobonenſem Bibliothecam meritiſſima laude & huic ſeculo, & omni, quæ ſequetur, poſteritati commendandi, deprædicandique: ni

fata

ſata manus injicerent, morboque lento, & vitalia depaſcente, nimiam meam in his excolendis literis pertinaciam, nimiſque non ſufficientibus corpuſculi viribus improvidam, caſtigarent. Utere igitur, OPTIME IMPERATOR, in admittendo hoc ultimo fortaſſe grati devotique SACRAT. CÆS. MAJESTATI TUÆ animi mei documento, ingenua Tua Clementia, & accipe ſimul vota ab eadem animi affectione proficiſcentia. Deus Opt. Max. ſervet ſoſpitetque SACRATISS. TUAM MAJESTATEM, omnemque FAMILIAM AUSTRIACAM perpetuum: eaque Imperiale faſtigium Tuum gloria faciat effulgere, qua nullus ante Te Cæſarum eluxerit, nullus poſt Te eluceat. Hoc tota mente precatur,

POTENTISSIME ET INVICTISSIME IMPERATOR,

SACRAT. CÆSAREÆ MAJESTATI TUÆ

Devotiſſimus

JACOBUS TOLLIUS.

LECTORI ERUDITO S.

EXhibeo Tibi, *Lector Erudite, partem promiſſorum; ſeu primum tomum* INSIGNIUM Itinerarii Italici; *qui inedita Theologica continet. Sunt autem ea* Carmina *mille ducenta admodum* D. Gregorii Nazianzeni : *tum* Confutatio *ſectæ* Maſſalianorum : *item* Ritus Receptionis Manichæorum : *quæ tria e Cæſarea Vindobonenſi Bibliotheca deſcripta benignitati Invictiſſ. Cæſaris* LEOPOLDI MAGNI *accepta referenda ſunt. Reliqua duo, Teſtamentum Theodori Studitæ, & D. Macarii Narratiuncula, Joachimi Felleri b. m. Bibliothecæ Lipſienſis Academiæ Præfecti, Viri optimi, dum fuit, & mihi amiciſſimi, do-*

 num

num ſunt. Prioribus tribus notulas aliquas adſperſi, prout aliqua notatu digna in Excerptis meis Theologicis, ſed in alium uſum collectis, occurrerunt. Nam a Bibliotheca adeo deſtitutus fui, ut ne unicum quidem Theologum inter perpaucos, qui furaces mali juvenis manus effugerant, numerare potuerim. Ergo, ſi quid minus placuerit, Lector Erudite, dona id malæ fortunæ meæ: ſicubi erravero, corrige benivole, & gratias tibi habebo gratiſſimas. Neque enim ex iis ſum, qui vel arrogantia, vel invidia, vel pertinacia, ſummum me, & omnibus numeris abſolutiſſimum in his literis jactitem, mihique perſuadeam. Tantum vero ab invidia remotus, ut cunctis viris excellentibus toto animo faveam. In agnoſcendis vero erroribus meis facillimus hactenus fui. Caſtigavi nuper in Gallica mea Longini editione inſanam eorum animi impotentiam, qui de lana caprina diſputantes inaudita feminis ſalſamentariis convicia in ſe mutuo congerunt: non cogitantes, omnem eruditionis & eloquentiæ famam, quam ſibi merito peperere, hac turpiſſima ac indelebili macula fœdiſſime contaminari. Hos ego ſummos Oratores ac Poetas, purique ſermonis Latini primas æque arroganter ſibi vindicantes, facillime non in uno alterove, ſi mihi amicos irritare luberet, ſed pluribus argumentis inconfutabilibus nec Poeſios nec Rhetorices intima adyta unquam penetraſſe facile oſtenderem. Sed hæc non adeo ad Rempublicam ſpectant literariam. Quare ſaniorem ipſis mentem precor, ut-

que

que omiſſo inani faſtu, & invidia tempora ſua utilitati potius publicæ, quam mutuis animi irritamentis impendant. Hoc amicis meis, quibus revera bene cupio, quorumque laudes & ingenii decora nunquam non prædicare ſoleo, brevi forſan fato conceſſurus, fidele monitum quaſi teſtamento lego: utque placido hanc meam admonitionem animo accipiant, rogo. Hæc ſunt, Lector Erudite, quæ te ſcire volui, cui omnia læta, felicia, proſpera toto animo voveo & precor. Vale.

SERIES
TRACTATUUM,
Qui hoc Volumine continentur.

D. GREGORII NAZIANZENI Theologi Carmina Cygnea Inedita. pag. 1.

EUTHYMII ZYGABENI Victoria & Triumphus de impia & multiplici exſecrabilium Maſſalianorum Secta, qui & PHUNDAITÆ, & BOGOMILI, nec non EUCHITÆ, ENTHUSIASTÆ, ENCRATITÆ, & MARCIONITÆ appellantur. pag. 106.

FORMULA recipiendi eorum, qui a MANICHÆORUM & PAULICIANORUM Hæreſi ad puram & veram noſtram fidem CHRISTIANORUM convertuntur. pag. 127.

Sancti Patris & Confeſſoris THEODORI ad Diſcipulos ſuos Teſtamentum, Interprete JACOBO SIRMONDO. pag. 172.

S. MACARII ALEXANDRINI Sermo de exceſſu Juſtorum & Peccatorum: quorſum ſcilicet eorum animæ e corpore demigrent, & quomodo ſe habeant. pag. 193.

D. GRE-

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ

Τῶν Κυκνείων Ἀσμάτων

ΑΝΕΚΔΟΤΑ.

D. GREGORII NAZIANZENI

THEOLOGI

Carmina Cygnea

INEDITA.

ARGUMENTUM

JO. LEUNCLAVII.

QVerela eſt de hominum ingrata mente, qua oſtendit in hac vita nemini laborum exſpectanda eſſe præmia. Qui Conſtantinopolin venerit, quos labores exanclarit, narrat. Contraxiſſe tandem corporis ægritudinem ex graviſſimis ærumnis: Tum invidia motos Epiſcopos ſub debilitatis prætextu ipſum munere ſuo dejeciſſe. Subjicit inde, quales ætas illa Epiſcopos habuerit, qui ſuam inſcitiam Apoſtolorum exemplis excuſare voluerint, in quibus & publicani, & piſcatores extitiſſent. Verum hanc objectionem varie diſſolvit, & diſſimilitudinem inter utroſque maximam eſſe probat. Addit, alios Epiſcopos eſſe adulatores, ſeque temporum ad rationes accommodare. Hinc originem malorum ipſam oſtendit: ſumi nimirum citra delectum, & nullo adhibito judicio, quoslibet, mimos, agricolas, opifices, publicanos, provinciarum præfectos rapaces; itemque præfectos ceteros, civiles ac militares, qui reapſe rudes ſubito videantur idonei. Deſcribit & ſimulationem gravitatis in moribus ac geſtibus externis. Tandem eis longum vale dicit, obiterque ad virtutem & concordiam hortatur.

CAUSA SCRIPTI.

GREGORIUS ab ipſis ſtatim incunabulis ad inſtar Samuelis a matre Deo conſecratus omni deinceps vitæ tempore ſingulari ardore virtutem pietatemque coluerat, animumque Athenis una cum Baſilio Magno omni ſacrarum, profanarumque ſcientiarum cognitione imbuerat: cujus & in Ponto deinde uſus contubernio, ab eodem, quum a patre primum, qui Nazianzi erat epiſcopus, Presbyterii fuiſſet exornatus dignitate, invitus ac nolens Saſimorum conſtituitur epiſcopus. Verum quum locum hunc infra dignitatem ſuam eſſe cerneret, ac merita, nullo epiſcopi ibidem functus officio inde diſcedit: a patre vero revocatus exoratur, ut vices ſuas jam ſenis ſuſcipiat, & una ſecum Epiſcopatum tamquam vicarius adminiſtret. Eo mortuo, quum ab epiſcopis impetrare non poſſet, ut alium patri ſufficerent ſucceſſorem, Seleuciam ſe confert: ac paulo poſt Nazianzum revertitur. Hinc Conſtantinopolin ad SS. Trinitatis contra Arianos & Apollinariſtas doctrinam tuendam a populo & Epiſcopis Catholicis evocatus, Catholicorum templum tantum tunc temporis Anaſtaſiæ tenentium Epiſcopus creatur, confirmante per literas Petro Alexandrinæ civitatis Epiſcopo: trienmioque integro rem ita ſtrenue contra Arianos, ceteroſque gerit hæreticos, ut eccleſiam Catholicam mirifice augeret, veramque doctrinam late propagaret, inſigni cum adverſariorum dolore, qui jam in ipſo ejus dignitatis ingreſſu ita ſuæ partis plebem concitaverant, ut Gregorium lapidibus petierint. Quum vero cum omni vita, tum & cultu victuque monachum potius ſeveriſſimæ integritatis, quam tantæ dignitatis ageret ac referret Epiſcopum: adhæc & altiores ob eruditionem, defenſamque SS. Trinitatis doctrinam, ſpiritus gerere videretur, Ciceronianæque imbecillitati affinis, ut ille conſulatum ſuum, & expulſum urbe Catilinam, omnibus tantum non horis memorabat, ita & ipſe contuſos Arianos, & ſuam Triadem aſſidue prædicaret, ingentem ſibi quorundam ſuorum Presbyterorum, aliorumque Epiſcoporum, conſlavit invidiam; qui, quod ſplendidius & luxurioſius viverent, vitam Gregorii ſeveriorem inſtar ſibi eſſe exprobrationis exiſtimabant. Accidit forte, ut interea temporis Maximus quidam Philoſophus Cynicus, ſed Chriſtianas partes amplexus, ex Ægypto Conſtantinopolin ſe conferret, a Lucio Ariano, qui Petrum Alexandrina ſede expulerat, eamque per vim occuparat, flagris cæſus, & in exilium actus. Hunc Gregorius, vir priſcæ ſimplicitatis, & omnis virtutis amantiſſimus, ſed minus cautus, ac patens adulationibus, veluti martyrem aliquem non modo in contubernium recepit, ſed & egregia præſentem laudavit oratione, quæ ſub Heronis Philoſophi nomine vigeſima tertia eſt: adeoque nihil mali de nequam iſthoc homine ſuſpicatus eſt, ut & ad intimam eum admiſerit amicitiam. Verum evenit ei,

quod

quod illi in fabulis, qui eneſtam frigore viperam in ſinu fovebat. Maximus enim Ægyptios aliquot Epiſcopos Gregorio invidentes, auro corrupit, perſuaſitque, ut ſe in ejus locum ſubſtituerent. Dictum factum. Illi namque prolatis aliis Petri epiſtolis, captata Gregorii abſentia, Maximum noctu convocatis quibuſdam ſuarum partium hominibus Epiſcopum creant. Quo facto ſequenti mane cognito, ingens tumultus plebis Gregorio addictæ ortus: & adnitentibus, qui eidem favebant, Epiſcopis aliis, Maximus urbe pulſus eſt, confirmatuſque poſtpaulo ab redeunte in urbem Imperatore Theodoſio Gregorius, collata in eum Archiepiſcopali dignitate, Arianis erepta: quos ea res tantum non in furorem egit; ſic ut & percuſſorem Gregorio ſubmiſerint. Imperator deinde Concilium Epiſcoporum Conſtantinopolin evocat, a quo Gregorii electio confirmatur, adnitente præcipue Meletio, Antiochiæ præſule. Quo mox mortuo, ingentes de ſucceſſore ejus inter Epiſcopos diſſenſiones ortæ ſunt. Quas cum fruſtra Gregorius componere ſatageret, imprudenti nimium fervore ſucceſſorem ſibi quoque petit: privatam ſibi vitam, quam tot contentionibus, rixis, & calumniis obnoxiam dignitatem, potiorem dictitans. Arripuere ſtatim æmuli, quod offerebatur, & accedentibus e Macedonia & Ægypto Epiſcopis, qui Gregorium non rite electum aſſerebant, ceteros in ſententiam ſuam pertraxere. Sero ſapiunt Phryges. Gregorius, qui promtiſſimum hunc aſſenſum non exſpectarat, propria ſe captum videns ingenuitate animi, quamquam ſtatim facti pœnitebat, pudore tamen adductus in ſententia perſtitit, gravique ac luculenta ad Imperatorem & Concilium habita oratione, quæ inter editas XXXII eſt, ut Archiepiſcopali ſeſe abdicare liceret dignitate, rogavit, impetravitque. Hinc ſtatim natæ hæ, quas hic e Manuſcripto Cæſareæ bibliothecæ codice promimus, querelæ: hinc illæ, ut ita dicam, lacrymæ, & ceteri threni: in quibus & patientiam, & animi robur, ac moderationem in tam probo viro merito deſideres. Scilicet nemo ſine vitiis: optimus ille, qui minimis urgetur. Ciceronem ſane nemo melius expreſſit vita, moribus, eloquentia, fortuna, uſque in exilium: & in exilio uter mollior, vix quiſquam dixerit. Fortior Carolus Quintus fuit, qui, licet eum poſiti imperii, regnique filio traditi, ſtatim pœnituerit, dolorem tamen ſuum numquam non pertulit, ac diſſimulavit. Ceterum carmen hoc ſtatim poſt depoſitam dignitatem ſcriptum eſt; adeoque illud *de vita ſua* tempore præcedit. Hic enim lenius agit, neminemque nomine deſignat: illic liberius & acerbius; ac nominatim Maximum perſtringit, ceteroſque perpetuum duraturis ſtigmatibus inurit: aucto ſcilicet ex pœnitentia & accedentibus adverſariorum ludibriis, ac irriſu dolore, irritatique inde in hanc veluti vindictam ægri jam nimis animi perturbatione.

Εἰς ἑαυτὸν, καὶ περὶ

ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ.

Ἴσως μὲν ἐχρῆν ὡς κακούμενον φέρειν
Ταῖς τοῦ παθόντος ἐμβολαῖς τυπτόμενον,
Οὕτω παθόντα καρτερεῖν καὶ τὸν λόγον.
Ὡς ἂν πλείους ὦμεν ἠγωνισμένοι,
Καὶ μισθὸν ἐλπίζωμεν ἐντελέστερον.
Ὧν γὰρ τέλειος μόχθος, ἐντελέστερος.
Ὧν δ' οὐ τέλειος, καὶ τὸ ἆθλον ἐλλιπές.
Ὡς ἂν δὲ μὴ δόξειεν οἱ κακοὶ κρατεῖν
Τὰ πάντα, μηδ' ἢ λεῖος αὐτοῖς ὁ δρόμος,
Ἀνεξέταστος οὐδενὸς, τὸ μὲν πέρας
Τούτων παρήσω τῷ τελευταίῳ πυρὶ,
Ὃ πάντ' ἐλέγχει καὶ καθαίρει σὺν δίκῃ,
Ἂν λανθάνωμεν ἐνθάδε πλοκαῖς τισίν.
Αὐτὸς δὲ μικρῷ τοὺς ἐμοὺς λόγῳ πλήξω
Φονεῖς. Φονεῖς γὰρ οἱ κρίνοντες ἔκτοπα,
Ψυχῶν ἀθώων ἐκχέοντες αἵματα,
Πάντων, ὅσους ἔπληττον, οὓς ᾠκονόμουν.
Ἐρῶ δ', ἃ λέξω, μηδὲν εὐλαβούμενος
Τὸ λοιδορεῖσθαι, πρᾶγμ' ἀπηγορευμένον
Πᾶσιν μὲν, ἐμοὶ δὲ καὶ πλέον μισούμενον.

Οὐ

NOTÆ ad QUERELAM de EPISCOPIS.

Carmen hoc rectius intelliget, qui primum illud & prolixum prius legerit, quo vitam ſuam D Gregorius exponit, &, quæ hic attinguntur, fuſe enarrat. Nos autem paucula tantum nonnumquam inde excerpemus, quæ ad hujus explanationem pertinere videbuntur neceſſario; adjectis & nonnullis aliis, quæ ſuapte ſemet aliud agenti obtulerunt, ac veluti ſub manu nata ſunt.

V. 1. Ἴσως μὲν ἐχρῆν] Verum hoc: eſtque in hiſce vir ſanctiſſimus aliquid humani paſſus; optimi quidem conſilii atque voluntatis, ſed in ferendis injuriis aliquanto, quam oportebat, mollior, minuſque a conviciis & acerbitate, quæ Chriſtianum dedecet, temperans. Sed hæc ejus imbecillitas ceteris ipſius præſtantiſſimis donanda virtutibus eſt, ac meritis; cogitandumque, nimiſquam difficile eſſe, quum homo natus ſis, hominem exuere.

Ibid. Ἐχρῆν ὡς] malim ἐχρῆν με ὡς.

11. Τελευταίῳ πυρί] Sic Carm. 1:

Δέχου τὸ κρῖνον τῷ τελευταίῳ πυρί.

Ignem illum indicat, de quo Apoſtolus priore ad Corinth. III, 13; qui quidem Catholicæ eccleſiæ ὁ καθαίρων τὰ ἀνομήματα, *revelaturus cujuſque opera, probaturuſque, cujus ſint generis.* Verum perfecti Chriſtiani eſt, deprecari potius, quam imprecari ſupplicia & pœnas. Infra verſ. 495:

Τυχὼ

De ſe ipſo, & adverſus

EPISCOPOS.

Fortaſſe debebam, itidem ut factis me contineo,
Quum vexor, ad illius me præcepta componens,
Qui pro nobis paſſus eſt, etiam oratione tolerans eſſe:
Ut perfecte certamen vitæ hujus abſolverem,
Et præmium perfectius exſpectarem.
Nam quorum labor perfectus eſt, & præmium eſt perfectius:
Sicut imperfecto labori etiam præmium conſimile reſpondet.
Verum ne mali omnium potiri videantur,
Neve levi prorſum curſu ferantur
Adverſante nemine, finem illorum equidem
Extremo permittam igni,
Qui cuncta juſte tum explorat, tum purgat.
Tametſi hac in vita per fraudes quaſdam noſmet occultemus.
At nihilominus orationem hanc brevem contexam.
Nam qui abſurda proferunt, ſicarii ſunt
Animarum effundentes innoxium ſanguinem
Illorum omnium, quos a me gubernatos vulnerant.
Dicam autem hæc nihil reveritus.
Conviciis quidem exagitare non fas eſt quemquam: & ut homines
Cuncti ab eo abhorrent, ita peculiariter ipſe vitium hoc odi.
Propte-

Τυχὸν τι ἄλλην ὕστερον πλασθήσομαι
Πλάσιν, καθαρθεὶς τῷ φιλοτρόπῳ πυρί.
Vid. & v. 53. in tetraſtichis vocat ἔσχατα καθάρσια.

13. Πλοκαῖς τισὶ] Dolis, quibus ipſum irretiverant. Sic c. *de vita ſua:*
Εἰ μὴ τὸ πλεῖον τοῦ μέσου τὸ λάθριον,
Νόμος ὄλεθρος, καὶ σπιλάδες, λόχοι θηρῶν.
Ἄλλοι λέγουσι ταῦτα, σιγήσω δ' ἐγώ.
Οὐ γὰρ σχολή μοι πλοκίας γινώσκειν κακά,
Τὴν ἀπλότητα καρδίας ἀσκουμένῳ.

14. Πλήξω] In MS. erat πλήσαιμι, vitioſe, pro πλήξω. Leunclavius πλέξω legiſſe videtur. Sed nec ſic ſe verſio recte habet. Repone: *At brevi tamen ego meos ſermone verberabo ſicarios. Sicarii enim ſunt, qui abſurda proferunt:* Sive, *Homicidas. Homicidæ enim ſunt, qui impie judicant.*

15. Φονεῖς] Ita fere Optatus Milevitanus lib. II: *Vos verum facitis homicidium: latro jugugulans dat de morte compendium.* Et mox: *Valent quidem membris, ſed erepta portant funera dignitatis:* de Epiſcopis expulſis.

Ibid. Οἷς ἐγείνατ' ἔτεκον] Nempe ipſum pluribus ſimul in urbibus Epiſcopum eſſe, ideoque non rite electum Conſtantinopoli: qua de re vid. infra, v. 96. Mox pro ἔπλαστον lege ἔπλαττον: id eſt, *quoſcunque formavi, quos rexi.*

18. Μηδὲν] Malim μηδέν', ἐνδεῶ. Vertam vero: *Neminem vero in his, quæ dicam, indicabo; veritus, ne quemquam calumniari videar: quæ res & per ſe illicita eſt, & mihi præprimis exoſa. Non enim quemquam nomine deſignabo,* &c. Attamen id carmine de vita ſua non impigre & peracerbe fecit.

21. Οὐ

Οὐ γὰρ ὀνομαστὶ τοὺς λόγους ποιήσομαι,
Τῷ μὴ δοκεῖν ἐλέγχειν, ἃ κρύπτειν χρεών.
Ἀλλ' οὐδὲ πάντων ἐξ ἴσης μεμνήσομαι.
Μή μοι τοσοῦτον ἐκδρομήσειε στόμα.
Πολλοὺς γὰρ οἶδα καὶ λόγου τοῦ κρείσσονος.
Ἀλλ' ὅς τις ἐν κακοῖς τι, καὶ κακῶν πέρα,
Αὐτὸς κρατείσθω, καὶ δαμαζέσθω τὰ νῦν.
Τεμεῖ τὸ χεῖρον ἡ μάχαιρα τοῦ λόγου.
Τί τοῦτο; δείξεις, ἂν μάχῃ πρὸς τὸν λόγον,
Αὐτοῦ προδήλως ἐμφανὴς κατήγορος.
Τὸ δ' οὖν ἐμὸν τοιοῦτο. Βαλλέτω με πᾶς.
Πόῤῥωθέν εἰμι τοῖς λίθοις ἡρμοσμένος.
Θάῤῥει λέοντα. Πάρδαλις τῶν ἡμέρων.
Ἀσπὶς τάχ' ἄν σε καὶ φύγοι δεδοικότα.
Ἐν ἐκτρέπου μοι, τοὺς κακοὺς ἐπισκόπους,
Μηδὲν φοβηθεὶς τοῦ θρόνου τὴν ἀξίαν.
Πάντων τὸ ὕψος, οὐχὶ πάντων δ' ἡ χάρις.

Τὸ

21. Οὐ γὰρ ὀνομαστὶ] attamen ita exacte deſignatis iis, quos perſtringit, ut nominaſſe non opus fuerit. Sed & alibi Maximum nominat, in quem potiſſimum hoc carmen conſcripſit. Sic inter Jambica carmen in eum p. 249, aculeatiſſimum eſt; cujus initium:

Τί ταῦτα; τολμᾷς καὶ σὺ, Μάξιμε, γράφειν;
Γράφειν σὺ τολμᾷς; τῆς ἀναιδείας ὅση;

Carmine item primo p. 12: ubi ita eum deſcribit, ut pictor melius non potuerit:

Ἦν τις ποθ' ἡμῖν ἐν πόλει θηλυδρίας,
Αἰγύπτιον φάντασμα, λυσσῶδις κακὸν,
Κύων, κυνίσκος, ἀμφόδων ὑπηρέτης,
Ἄρης, ἄφωνον πῆμα, κητῶδες τέρας,
Ξανθὸς, μελάνθριξ, οὖλος, ἁπλοῦς τὴν τρίχα:

Et hanc quidem comam ejus eodem carmine adeo Satyrice exagitat, & adeo aſpere, ut nihil ſupra; ut:

Δράσεις δὲ δὴ τί τὴν καλὴν κόμην; πάλιν
Θρίψεις φιλεργῶν; ἢ μενεῖς τοῖον γέλως;
Ἄμφω γὰρ αἰσχρὰ, καὶ τί τοῖν δυοῖν μέσον;
Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οὐδὲ ἓν, πλὴν ἀγχόνης.

Quid! laqueum proponere inimico ad ſuſpendium, ut nil de convitiis iſtis dicam, hominiſne eſt Chriſtum ſectantis? non videtur. Agnoſco hic igitur, ut Carmine xi appellat, δακνόμενον λόγον, ἰὸν ἀνίας. Ad comam vero Maximi & hoc Carmine verſ. 660 alludit, quum ait: Ἐπίσχες ἢ τρυφὴν, ἢ τὰς τρίχας. Superius autem interpres c. 1, τὸ ἀμφόδων ὑπηρέτης non recte vertit, *viarum ſervulus*, quod nihili eſt. Repone, *acer miniſter*; ut apud Phædrum Canis: *Quia videor acer, alligant me interdiu.* Ita enim de hoc Maximo Gregorius eodem carmine:

— Τίς οὗτος ὡς ἐμοί γε Μάξιμος;
Στέγης, τραπέζης, δογμάτων, βουλευμάτων
Κοινωνός. Οὐδὲν μέγα· καὶ γάρ τις ἦν μέγας
Κύων, ὑλακτῶν δῆθεν τοὺς κακόφρονας,
Καὶ τῶν ἐμῶν πρόθυμος αἰνέτης λόγων.

23. Ἐξ ἴσης] ab interprete hoc omiſſum eſt. Adde igitur, *æqualiter*, ſive, *eodem modo*. Et mox in codice erat vitioſe ἐνδρομήσειε, pro ἐκδρομήσειε. i.e. *Ne mihi adeo extra metas procurrat ſermo*, ſeu *lingua*. Ἐκτὸς δρόμου φέρεσθαι. Plato dixit. Sic Carm. *de vita ſua*:

Κἀνταῦθα θάρσους ἐκδραμὼν τῷ θείῳ:

ubi male quidam ἐνδραμόντος malunt.

26. Καὶ κακῶν πέρα] Sic infra in Variis:

Καί τις πάσχων δεινὰ, καὶ δεινῶν πέρα.

27. Αὐτὸς] In exemplari Cæſareo erat δοξαζέσθω, pro δαμαζέσθω. Unde initio addubitabam, an non potius foret τὸ κρατείσθω in κρολείσθω mutare; ſic ut utrumque ironice poſitum videretur; & οὗτος pro αὐτὸς. Sed hoc fruſtra fuit. Δαμαζέσθω vero in ſuo etiam legiſſe videtur Leunclavius. Ita enim vertit: quæ lectio confirmatur illo verſu e Monoſtichis: Ἡ

σὰρξ

Propterea nominatim nihil proferam,
Ne proferre videar in lucem, quæ occultanda erant.
Nec item omnium mentionem faciam:
Nolim enim me tam loquacem eſſe.
Nam multos etiam novi, de quibus loquendum ſit honeſtius;
Verum quiſquis improbus eſt, & pluſquam improbus,
Vinci ſe, domarique patiatur.
Vulnerabit orationis gladius, quidquid malum fuerit.
Et quinam ſint mali, patebit deinceps, ubi meam orationem
oppugnans
Manifeſto te tuimet ipſius accuſatorem declaraveris.
Sic equidem affectus ſum. Petat me jaculis, qui volet.
Jam dudum ad lapidum ictus ferendos me accommodavi.
Leonem vereri nolito. Pardalis animal manſuetum eſt, ac mite.
Fortaſſis etiam exhorreſcentem te fugiet aſpis.
Unum mihi quiddam modo vitato, malos ſcilicet epiſcopos,
Nihil ſolii dignitatem reveritus.
Omnium eſt eadem ſublimitas, at non omnium gratia.

Pellem

σὰρξ κοπτέσθω, καὶ δαμαζέσθω καλῶς.

28. Τεμεῖ τὸ χεῖρον] Ita ferme Hieronymus ad Bonaſum: *Diſpoſui naſum ſecare fœtentem: timeat, qui ſtrumoſus eſt.*

29. Τί τοῦτο; δείξεις] Τί τοῦτο; *Quid enim?* ſic v. 787: Τί ταῦτα; alias malim, σὺ τοῦτο δείξεις. D. Hieronymus adverſus Ruffinum: *Quando ſine nomine contra vitia ſcribitur, qui iraſcitur, accuſator ſui eſt.* Idem ad Nepotianum, de vita Clericorum: *Nullum læſi: nullius nomen mea ſcriptura deſignatum eſt: neminem ſpecialiter meus ſermo pulſavit. Generalis de vitiis diſputatio eſt. Qui mihi iraſci voluerit, ipſe de ſe, quod talis ſit, confitebitur.* Habuit autem hoc D. Hieronymus, ut erat Ciceronianus, e Ciceronis Or. pro lege Manilia, c. XIII: *Ego autem neminem nomino. Quare iraſci mihi nemo poterit, niſi qui ante de ſe voluerit confiteri.* Sic & Phædrus prol. lib. III.

Suſpicione ſi quis errabit ſua,
Et rapiet ad ſe, quod erit commune omnium,
Stulte nudabit animi conſcientiam.

Idem, qui ſupra, Hieronymus ad Ruſticum: *Scio me offenſurum eſſe quamplurimos, qui generalem de vitiis diſputationem in ſuam referunt contumeliam: &, dum mihi iraſcuntur, ſuam indicant conſcientiam: multoque pejus de ſe, quam de me judicant. Ego enim neminem nominabo: nec veteris Comœdiæ licentia certas perſonas eligam, atque perſtringam.*

31. Βαλλέτω με πᾶς] reſpicit hic, quod ei in initio evenerat electionis, cum a populo lapidibus impetitus fuit. Sic infra in alio carmine inedito:

Βάλλοιτε, τοξεύοιτε μὴ πεφεισμένως.
Σιγὴ βαθεῖα. Γρηγόριος πορρωτάτω,

& hinc ſtatim ait:

Πόῤῥωθεν εἰμὶ τοῖς λίθοις ἡρμοσμένος.

id eſt, *Jam dudum memet ad excipiendos lapides compoſui.*

qua de re v. not. ad verſ. 103. Sic & C. Jamb. 2.

Βάλλετ', ἐνστοχεῖτε τοῖς λίθοις.

& Carm. XXIII: Λιθαζέτω με πᾶς
Ὡς ἐκ παλαιοῦ τοῖς λίθοις
Ἄριστ' ἡρμοσμένον.

33. Θάῤῥει λέοντα] Sic & carm. *de vita ſua*, leoni ſe confert:

Λέοντες ἦμεν ἐχθὲς, ἀλλὰ σήμερον
Πίθηξ ἔγωγε. Σὺ δὲ μικροῦ λέων.

35. Τοὺς κακοὺς ἐπισκόπους] in quos ſæpius vehementiſſime invehitur, inprimis toto carmine XI; ubi inter cætera dicuntur

Ἀδεξίως χάσκοντες ἐν ἀλλοτρίοισι προσώποις
Εὐσεβίης, ἔσω δ' ἐντὸς, ὁμοίην πᾶσαν ἔχοντες.

36. Τὸ

Τὸ κώδιον πάρελθε, τὸν λύκον βλέπε.
Μὴ τοῖς λόγοις με πεῖθε, τοῖς δὲ πράγμασι.
Μισῶ διδάγμαθ', οἷς ἐναντίος βίος.
Τὰ χρώματ' αἰνῶ τοῦ τάφου, βδελύττομαι
Τὴν ἔνδον ὀδμὴν τῶν σεσηπότων μελῶν.
Πῶς ταῦτα; καὶ τί ταῦτα; πῶς λόγους ἀεὶ
Κινῶν ἀμείνους, οὐχὶ καὶ νῦν θήσομεῖς;
Ἀλγοῦντός ἐστιν, ἐξερεύγεσθαι πάθος
Θεῷ, φίλοις, γονεῦσι, γείτοσι, ξένοις,
Εἰ δ' οὖν χρόνῳ τε καὶ βίῳ τοῖς ὕστερον.
Μικρὸν δ' ἀνοίσω τὸν λόγον πορρωτέρω.
Μηδεὶς ποτ' εἴπῃ τοῖς πονοῦσί τι πλέον
Ἐντεῦθεν εἶναι. Παιζέθ', ὃς φρονεῖ τάδε.
Ἅπαντ' ἐν νυκτὶ καὶ ζόφῳ πορεύεται.
Τοὺς μὲν πυροῖ γάρ, τοὺς δ' ἐπιζοφοῖ θεός.
Ἕως τὸ πῦρ ἅπαντα φωτίζῃ τάδε.
Ἄλλος μὲν ἐξήντλησε μοχθηρὸν βίον
Στένων, ἀϋπνῶν, δάκρυσιν τήκων μέλη,
Χαμευνίᾳ τε καὶ τροφῇ στενούμενος,

Καὶ

38. Τὸ κώδιον] Sic carm. XII,

Διπλόος ἐστὶν ἕκαστος, οἷς λόγοι ἀμφικαλύπτων.

39. Μὴ τοῖς λόγοις] D. Hieronymus ad Oceanum: *Perdit enim auctoritatem docendi, cujus ſermo opere deſtruitur.* Quare noſter Baſilium laudans c. LXIV, ait:

—— Σὺ γὰρ μόνος ἶσον ἔφηνας
Καὶ βίοτον μύθῳ, καὶ βιοτῆτι λόγον.

Et ſunt nonnulli, inquit Gregorius Magnus l. 1. Dial. *quos ad amorem patriæ cæleſtis plus exempla, quam prædicamenta ſuccendunt.* Noſter in tetraſtichis:

Ἢ μὴ διδάσκειν, ἢ διδάσκειν τῷ τρόπῳ.
Μὴ τῇ μὲν ἕλκειν, τῇ δ' ἀπωθεῖσθαι χερσίν.
Ἧττον δύνηται τοῦ λόγου πράττων, ἃ δεῖ.
Γραφίδος διδάσκει τὸ πλέον τοῖς ἐκτύποις.

D. Auguſtinus lib. IV. de Doctrina Chr. c. 27: *Habet autem, ut obedienter audiatur, quantacunque granditate dictionis majus pondus vita docentis.*

40. Μισῶ διδάγμαθ'] D. Hieron. in Epitaph. Marcellæ: *Erubeſcit enim quamvis præclara doctrina, quam propria reprehendit conſcientia.* Idem ad Nepotianum de vita Clericor. *Delicatus magiſter eſt, qui pleno ventre de jejuniis diſputat. Accuſare avaritiam & latro poteſt. Sacerdotis Chriſti os manuſque concordent.* Et in Apologia pro libris ad Jovin. *Reprehenſorem non audio; ſequor magiſtros. Delicata doctrina eſt, pugnanti ictus dictare de muro: & cum ipſe unguentis delibutus ſis, cruentum militem accuſare formidinis.*

41. Τὰ χρώματ'] Matthæi XXIII, 27.

45. Ἀλγοῦντός ἐστιν] Carm. X:

Φάρμακον ἀλγεόσ ἐστι καὶ ἱερὸς μῦθος ἐνισπεῖν

47 Εἰ δ' οὖν] *Saltem, ſi non*, quaſi εἰ δ' οὐ Sic infra verſ. 182:

Τὸν πρῶτον, εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ μὴ τὸν ἔσχατον.

& inter varia:

—— δεῦρο φαρμάσσον ὕδωρ.
Εἰ δ' οὖν, σὺ ταύτης εἰπέ. καὶ πειράσομαι.

pro quo alibi dixit, εἰ δ' οὐ φίλον σοι. Carm. *de vita ſua:*

Γλῶσσαν τίν' ἕξεις ἐμμαθῆ συνήγορον,
Εἰ δ' οὖν, ἐλευθέραν τε καὶ ζήλου πλέαν;

Ibid. Εἰ δ' οὖν χρόνῳ] Carmine *de vita ſua:*

Ἀκουσάτω πᾶς, οἵ τε νῦν, οἵ θ' ὕστερον.

49. Τοῖς πονοῦσί τι πλέον] Hoc ſibi vult Gregorius: Nemo ſibi imaginetur homines probos, qui ſe affligunt Divino incitati amore, omneſque voluptates rejiciunt, felicius hic vi-

Pellem miſſam facito: lupum inſpice.
Noli verbis perſuadere, ſed rebus ipſis.
Odi doctrinas, vita quibus adverſatur.
Colores ac picturas ſepulchri laudans, odorem
Internum membrorum, quæ jam putruerunt, abominor.
Quonam hæc pacto dicuntur abs te? & quid ſunt? qui fit, ut,
Quum ſemper meliora quæque proferas, non etiam modo bona verba proferas!
Dolentis eſt, adfectionem animi velut eructare, deque corde promtam
Exhibere Deo, amicis, parentibus, vicinis, exteris,
Atque etiam ad poſteritatem.
Lubet autem hanc orationem paulo altius repetere.
Nemo umquam dixerit laborantibus, futurum, ut ſuis
Ex laboribus aliquem fructum percipiant. Fallitur, qui hoc exiſtimat.
Omnia nocte ac tenebris involuta fiunt.
Alios enim in luce collocat, alios in caligine Deus,
Donec ignis extremus ille cuncta mortalium facta revelet.
Alius quidem vitam permoleſtam & ærumnoſam exhauſit
Gemens, expers ſomni, membra lacrymis tabefaciens,
Humi cubans; cibo utens perexiguo,

Solli-

tam degere, quam impios. Omnia in eadem verſantur obſcuritate, iiſdemque volvuntur tenebris: id eſt, eodem ignoto mortalibus fato agitantur. Probus, malus, eadem fruuntur ſorte. Ὁσίων hic κατ' ἐξοχὴν de probe viventibus dicitur. Impatientius hæc a Gregorio prolata ſunt, velut Divinam accuſante juſtitiam, quod piis hic plerumque male ſit, impiis autem bene; contra quam oportere fieri videtur. Sic Carm. v. de calamitatibus ſuis querens ait:

> Πολλάκι Χριστὸν ἄνακτα κακοῖς μογέων μεγάλοισιν
> Ὠνοσάμην, &c.

Poſtea tamen; reſipiſcens orationem luculentam ſcripſit, quæ XLII eſt, qua hoc argumentum elegantiſſime tractavit, oſtenditque futura bonis vitæ melioris præmia certa eſſe, & æterna.

51. Ἅπαντ'] Non ſat belle interpres *fiunt* poſuit. Malim, *feruntur*, vel *fluunt*.

52. Τοὺς μὲν πυροῖ] τὸ πυροῦν hic pro *in luce collocare* ab interprete accipitur, notione minus uſitata: alias enim *candefacere*, ſive *ignire*, vel *igne* etiam *examinare* ſignificat. Quare, quum priorem verſum conſidero, longe aliter ea mihi vox explicanda videtur; & pro *malis, ærumnis ve inflammare* poſita eſſe: quemadmodum contra dolore, ira, &c. *ardere* dicimur. Sequitur enim proximo verſu, ἕως τὸ πῦρ ἅπαντα φωτίζει, ſeu potius φωτίζῃ τάδε: ignis ſcilicet ille purgatorius, de quo ſupra v. 11, ὃ πάντ' ἐλέγχει. Sic & πύρωσις v. 38. de examine ignis, & infra in *Variis*, de exploratione per ærumnas.

54 Ἄλλος] Se ipſum innuit. Quod ad vitæ purioris auſteritatem attinet, prævivit ipſe ſuis, non ſecus ac docuit. Carm. 1, p. 12:

> —— Καρτεροῦντα καὶ ψαλμῳδίαις,
> Εὐχαῖς, στεναγμοῖς, δάκρυσι, χαμευνίαις,
> Γαστρὸς πιεσμοῖς, αἰσχύναις αἰσθήσεων,
> Θυμοῦ, γέλωτος, χειλέων εὐταξίᾳ,
> Τὴν σάρκα κοιμίζοντα πνεύματος κράτει.

Sic & D Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum, *jejunia, vigilias, eleemoſynas* cum *chameuniis* conjunxit.

56. Τροφῇ στενούμενος] Quæ Gregorio pa-

nis lic-

Καὶ τοῦ μερίμναις, ἐν θεοπνεύστοις γραφαῖς,
Μάστιξι θ' αὐτὸν ταῖς ἔσω ξαίνων ἀεί.
Τί μοι παρεῖται μὴ δέον; τί δ' ἔδρασα;
Ἄλλος τὰ περιττὰ τῶν νέων ἐθρέψατο,
Ἔπαιξεν, ᾖδε, γαστρὸς ἔπλησεν νόσον,
Πάσαις ἐφῆκεν ἡδοναῖς, αἰσθήσεσι
Κλεῖθρ' οὐκ ἔθηκε, πῶλος ἡνίας ἄτερ.
Κἄπειτα τὰ μὲν συμφορᾷ κατέδραμον.
Οὐ συμφορᾷ μὲν, οὐ γὰρ ἄπειλαι σοφῶν
Τῶν δ' ἐνθάδ' οὐδὲν, ὡς δοκεῖ τοῖς πλείοσιν,
Ὑφ' ὧν ὀλεῖται καὶ τὸ φαίνεσθαι σοφόν.
Ὁ δ' εὐδρομῶν ἅπαντα, καὶ τόδ' εὐδρομεῖ,
Κράτιστος εἶναι τὴν ἀρετὴν νομίζεται.
Λόγου δὲ μάρτυς αὐτὸς, ὃς λέγει τάδε.
Ἄνω καθήμενόν με τῶν ὁρωμένων,
Καὶ νῷ μόνοις μιγνύντα τοῖς νοουμένοις,
Ῥίψαντα δόξαν, κτῆσιν, ἐλπίδας, λόγους,
Τὸ μὴ τρυφᾶν τρυφῶντα, καὶ μάζῃ στενῇ
Βίον γλυκαίνονθ', ὕδασιν ἐλεύθερον.
(Ἦ πάντα δεῖ σε προσδοκᾶν, κἂν ᾖς σοφός)
Παρ' ἐλπίδας τις τῶν καλῶν ἀποσπάσας
Ἔκδημον ἤγαγε. Ὅστις, οὐκ ἔχω λέγειν.
Εἴτ' οὖν τὸ θεῖον πνεῦμα, εἴθ' ἁμαρτάδες,

Ὡς

nis ſiccus cum ſale pro pulmento, vel obſonio. Ita enim Carm. 1.

—— *Αὐτὰρ ἔμοιγε*
Μάζα φίλη, γλυκὺ δ' ὄψον ἅλες.
----- *σχεδίη δὲ τράπεζα*
Νηφάλιον δ' ἐπὶ τοῖσιν ὕδωρ ποτόν.

ubi *νηφάλιος ποτὸς* ſicut *νηφάλιοι θυσίαι*, quæ Memoriæ, Muſis, Auroræ, &c. offerebantur, ſolam aquam libando, ut eſt apud Scholiaſten Sophoclis Oed. Colon. p 274. ex Polemone. Et Carm. *de vita ſua* p. 12. a; ubi adverſarios loquentes inducit:

—— *Ἀρτύσεις ἡμῖν φίλαι,*
Σοὶ δ' εὐτέλεια, καὶ τρυφὴ ἐσθεῖν ἅλας.

ita enim illic legendum pro vulg. *τρυφῆς ἐσθεῖν ἅλας*. Tertullian de cultu feminar. c. IX: *quidam ipſam Dei creaturam ſibi interdicunt, abſtinentes vino, & animalibus exulantes; quorum fructus nulli periculo, aut ſollicitudini adjacent: ſed humilitatem animæ ſuæ in victus quoque caſtigatione Deo immolant.* Nota vero ratio eſt. Baſilius M. Serm. 11. de jejunio: *ὅσον ὑφαιρεῖς τῆς σαρκὸς, τοσοῦτον ποιήσεις τῆς πνευματικῆς εὐεξίας τὴν ψυχὴν ἀποστίλβειν.*

58. *Μάστιξι ταῖς ἔσω*] Non puto ſacræ flagellationis jam tum cognitum uſum, quem nunc ſacer ordo ſapientiſſime laſcivienti populo commendat. Gregorius autem noſter doloris cruciatibus, quos peccatorum conſcientia adhibebat, pro flagris uſus eſt. *Cruciata pectora* dixit Auſonius in Ephemeride:

Tacitum quum pœnitet, altaque ſenſus
Formido excruciat, tormentaque ſera gehenna
Anticipat, patiturque ſuos mens ſaucia manes.

59. *Τί μοι παρεῖται μὴ δέον;*] Sic Pythagoræi: *Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;*

60. *Ἄλλος τὰ περιττά*] Carm. 1. *de vita ſua*:

Ὡς

Sollicita mentis occupatione divinis in literis verſans;
Semper denique flagris internis atterens ſeſe, perpetuo repetens
Cum animo ſuo: quid abs me omiſſum eſt? quid feci, quod non oportuit?
Alius e diverſo juveniles voluptates quaſi decerpſit,
Luſit, cecinit, gulæ morbo ſatisfecit,
In omnes ſe voluptates immerſit, ſenſibus
Peſſulum nullum obdidit, pullo ſimilis equino, qui freno caret.
Et tamen illum quidem calamitates obruerunt,
Quæ calamitates non ſunt. Nam attingere ſapientes nequeunt,
Quæcunque in hac vita eveniunt, ut plerique putant,
Qui perfectum ſapientem non ex opinione conſtituunt.
Hic autem cunctis in rebus proſpero ſucceſſu utitur,
(Siquidem hoc eſt proſpero ſucceſſu rerum uti)
Et virtute præſtantiſſimus eſſe videtur.
Huic orationi teſtimonio ſum ego ipſe, qui hæc dico.
Quum ſupra res adſpectabiles poſitus eſſem,
Ac mente cum ſolis intellectibus verſarer,
Abjecta gloria, poſſeſſionibus, ſpe, doctrina,
Delicias ex eo ipſo capiens, quod delicias nullas ſectarer: exiguoque pane
Contentus jucundam vitam agerem, ab omni petulantia liber,
(Nihil non exſpectandum tibi putato, tametſi ſapiens ſis)
Præter omnem ſpem a bonis his abreptum me quiſpiam
Longe abduxit. Et quis ille fuerit, non habeo dicere:
Divinuſne ſpiritus, an peccata mea:

Ut

Ὡς δ' ἐν νέαις ἀκμῇ τε καὶ φορᾷ θράσους,
Ἄλλων σὺν ἄλλαις φρατρίαις διστρεφομένων,
Οὕτω διεξῄειμεν ἄτυχον βίον, &c.

63. Πῶλος ἡνίας ἄτερ] Apud Ciceronem equorum domitores equuleorum effrenatam vim *fame* domare dicuntur: multo vero laſciviores ſunt, & impotentiores, quum nullo continentur freno.

68. Ὁ δ' εὐδρομῶν ἅπαντα,] Melius verteris: *Hic autem, ut in rebus omnibus, ita & in hac proſpero curſu fertur,*
Virtute cenſetur eſſe præſtantiſſimus,
illa vero *ſiquidem* &c. In exemplari Græco non exſtant. Forte legit Leunclavius, κἀν τοῖδ' εὐδρομεῖν, ſc. ἐστί.

71. Ἄνω καθήμενος] Carm. v.
Πάντ' ἀμυδὶς βιότοιο ἀφύσγετον εἰς ἅλα ῥίψας
Καὶ νόον ἐνδείξαντα τῇ θεότητι πελάζων
Σαρκὸς νόσφιν ἔθηκα. Λόγος δέ μοι ἡγεμόνευε
Πάντων μὲν κρατέειν, πάντων δ' ὕπερ αἰθέρα τέμνειν
Χριστιανῆς πτερύγεσσιν. Vide Orat XXXIV.

74. Τὸ μὴ τρυφᾷν] Lege, τῷ μὴ τρυφᾷν.

77. Παρ' ἐλπίδας τίς] Baſilius: qui & antea, quum Gregorius in Pontum fugiſſet, ne Saſimorum epiſcopus crearetur, eum tamen in ſuam patriſque ſententiam pertraxerat.

79. Εἴτ' ἁμαρτάδες] Carm. I, *de vita ſua:*

Οἷα

Ὡς ἂν δίκας τίσαιμι τῆς ἐπάρσεως.
Τὸ δ' ἦν πρόδηλον, σύλλογοί τε ποιμένων
Καὶ λαὸς ὀρθόδοξος, ἀλλ' οὔπω πλατύς,
Ἄρτι πρὸς αὐγὰς ἡλίου μικρὸν βλέπων.
Ὡς ἄν τις ἔλθοι τοῦ λόγου παῤῥησία,
Μικρόν τ' ἀναπνεύσωσι τῶν κύκλῳ κακῶν,
Λάλων τε γλωσσῶν, καὶ πολυσχιδοῦς πλάνης,
Ὑφ' ὧν ἔκαμνον οὐκ ἔχοντές τι σκέπης.
Οἷόν τι τερπνὸν ἐν μέσῳ βάτων ῥόδον,
Ἤ τις μέλαινα ῥὰξ ἐν ἀώρῳ βότρυϊ,
Οὕτω μὲν ἦν ἐπῆλθον εὐσεβὴς ξένος,
Ὅρκοις τε καμφθεὶς, καὶ λιταῖς πολυτρόποις,
Αἷς ἀντιβῆναι τὴν λίαν κακόφρονος.
Ἐπεὶ δ' ἐπῆλθον Καππαδόκισσαν γῆν λιπὼν,
Ἧ πίστεως ἔρεισμα τοῖς πᾶσιν δοκεῖ,
Οὐ λαὸν, οὐδὲν τῶν ἀνασχέσθαι ἐμοί.
Ταῦτ' ἐστὶν ἐχθρῶν πλάσματα, ψευδεῖς λόγοι,
Φθόνου καλύμματ' ἀρτίως εὑρημένα.
Ὑμᾶς ἐρεῖ τἀπίλοιπα βούλομαι.
Ὑμεῖς γὰρ ἐστὲ μάρτυρες μόχθων ἐμῶν,

Τί

Οὐκ οἶδ' ἐμαυτοῦ τὰς ἁμαρτίας πλέον,
Αἳ πολλὰ δή μοι πολλάκις δεδήχασι,
Μέμψοιμ', ὑπερζέοντος &c.

81. Σύλλογοί τε ποιμένων] Carm. 1, p. 10: τούτοις, &c.

Ἔπεμψεν ἡμᾶς ἡ χάρις τοῦ πνεύματος,
Πολλῶν καλούντων ποιμένων, καὶ θρεμμάτων.

82. Καὶ λαὸς ὀρθοδ.] Carm. 1:

Ψυχὰς τελείας τῷ λόγῳ τῆς πίστεως,
Λαὸν βραχὺν μὲν, τῷ Θεῷ δὲ πλείονα,
Ὃς οὐκ ἀριθμοῖς πλῆθος, ἀλλὰ καρδίας.

Oratione vero XXXII non gregem illum fuiſſe ait, ſed potius ποίμνης τι μικρὸν ἴχνος, ἢ λείψανον ἀσύντακτον, καὶ ἀνεπίσκοπον, καὶ ἀόριστον.

85. Τῶν κύκλων κακῶν] Interpres legit τῶν κύκλῳ κακῶν. Sed hic mihi κύκλοι circulos, ſeu conventus Arianorum & Apollinariſtarum ſignificare videntur. Alias enim τῶν ἐν κύκλῳ κακῶν rectius foret: ſed lex carminis τὸ ἐν hic non admittit.

86. Λάλων τε γλωσσῶν] Huc refer, quæ carmine *de vita ſua*, ait:

—— Καὶ γὰρ ἐζήτουν λόγους
Δοῦναι βαθοὺς τοὺς νόθους τοῖς γνησίοις,
Ὡς μὴ ἐπαίροινθ' οἱ μαθόντες οὐδὲ ἕν,
Πλὴν τῆς ματαίας καὶ κενῆς εὐγλωττίας,
Τῆς ἐν ψόφοις τε καὶ λάρυγξι κειμένης,
Μήτ' ἐνδοίμην πλεκτάναις σοφισμάτων.

ubi οἱ νόθοι λόγοι eloquentia, ſeu literæ politiores ſunt profanæ, τῶν ἔξω· deinde:

Γλῶσσαι δὲ λάβροι, καὶ πολύστροφοι πλοκαί·
Ἐξ ὧν τόγ' ἁπλοῦν οἴχεται τῆς πίστεως,
Ἱστοί τ' ἀράχνης, σαθρὰ δεσμωτήρια,
Τὰ κοῦφα συνδέοντες, ἰσχυροῖς γέλως,
Ῥαγεῖσιν, ἢ λυθεῖσιν ἐν στεῤῥοῖς λόγοις.

Ibid. Πολυσχιδοῦς πλάνης] Apollinariſtarum, quorum errores Carm. 1 exponit, quoſque egregie contudit

Κακῶς φρονοῦντας ἐν πολυσχιδεῖ πλάνῃ.

88. Οἷόν τι] Suaviſſima hæc eſt, & elegantiſſima comparatio, qua neſcio an delicatior, venuſtiorve dari poſſit.

92. Αἷς ἀντιβῆναι] Neſcio, interpreſne ita verterit, an typothetæ ſcripturam ejus aſſecuti non ſint. Corrige leviter; *quibus adverſari hominis inſolentis*, ſeu potius, *duri nimis & perverſi, fuiſſet.* Κακόφρων hic eſt durus, immitis, qui ſe flecti non patitur, nec exorari. Sic Carm. 1 *de vita ſua*:

Βοῦς

Ut elationis pœnas darem.
Hoc quidem manifeſtum eſt, impuliſſe me paſtorum conventus,
Et populum recte ſentientem, qui tamen necdum amplus & copioſus erat,
Recens adhuc conſecutus, ut radios ſolis paullum intueretur.
Factum autem eo conſilio, ut alia doctrina libertas acquireretur,
Et nonnihil eccleſiæ ex illis malis reſpirarent, quæ undique illas invaſerant:
Nimirum a linguis ereptæ garrulis, erroreque multiplici.
Nam his rebus adflictabantur, quum præſidii nihil haberent:
Inſtar elegantis roſæ, quæ medio in ſenticeto ſita eſt:
Vel tamquam acinus quiſpiam niger in uva necdum matura.
Quapropter hoc modo religioſus hoſpes adveni,
Obteſtationibus ſacris, & variis precibus permotus:
Quibus adverſati tantum homines inſolentes fuiſſent.
Ceterum poſtquam acceſſiſſem relicta Cappadocia,
Quæ fidei propugnaculum eſſe pleriſque videtur,
Nequaquam deſerto populo, cui aliqua neceſſitudine obligatus eſſem:
(Nam illa ſunt hoſtium meorum figmenta, falſique ſermones,
Invidiæ quædam velamenta, ingenioſe excogitata)
Quid porro factum ſit, de vobis exquirere lubet.
Nam vos laborum meorum teſtes eſtis.

Quid

Ἐῶς ἐκάμφθην· καὶ γὰρ ἦν δεινὸς μόνος
Θράνοις τοσούτοις ἀντιῶσαι, καὶ λόγοις.

94. Ἡ πίστεως] Carm. *de vita sua* 2:
Καὶ γὰρ ἀνθεῖλκεν πατρὶς,
Πίστει κρατοῦσα τῶν ὑφ' ἥλιον σχεδόν.

95. Οὐ λαὸν &c.] Exponit hoc ipſum Carm *de vita ſua:* ubi ſe numquam Saſimorum Eccleſiam attigiſſe, nec ullum ibi ſacrum obtuliſſe refert, neque item paternæ poſt ejus mortem, cui ſuccenturiatus viventi fuerat, geſſiſſe curam, licet hoc ſæpe rogaretur. v. ſupra v. 15.

95. Οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων] Id eſt, qui cum nihil mihi erat negotii; quippe cujus nullam ſuſceperam curam. Id enim expreſſiſſimis ait verbis Carm. 1 *de vita ſua:*
Ὃν οὔτε κήρυγμα, οὐδ' ὑπόσχεσις κρατεῖ.
Et mox:
Τῆς μὲν δοθείσης οὐδ' ὅλως ἐκκλησίας
Προσηψάμην, οὐδ' ὅσον λατρείαν μίαν
Θεῷ προσηνέγκαμεν, ἢ συνεύξασθαι λαῷ,
Ἢ χεῖρα θεῖναι κληρικῶν ἑνί γέ τῳ.
Et inde quidem Seleuciam ſe primum contulit: unde Conſtantinopolin venit,
Πολλῶν καλούντων ποιμένων καὶ θρεμμάτων.

96. ψευδεῖς λόγοι] Carmin. *de vita ſua.*
Εἰπεῖν ἀνάγκη, κἂν δέη μακρηγορεῖν,
Τοῦ μὴ καθ' ἡμῶν ἰσχῦσαι ψευδεῖς λόγους.
Οἱ γὰρ κακοὶ φιλοῦσιν, ὧν δρῶσιν κακῶς,
Εἰς τοὺς παθόντας ἐκτρέπειν τὰς αἰτίας.
Ὡς ἂν κακῶσι καὶ πλέον τοῖς ψεύσμασιν,
Αὐτοὺς δ' ἐπικλύσωσι τῶν ἐγκλημάτων.

97. Ἀστόχως] Interpres εὐστόχως legiſſe videtur. Vertit enim *ingenioſe*. Si tamen alterum illud præferendum videbitur, vertendum erit, *infeliciter*; quod ſcilicet calumnia nimis aperta, & inepta eſſet, in re tam nota.

102. Τῶν

Τί σκαιὸν, ἢ πράξαντες, ἢ βλάβην φέρον,
Ἢ εἶπον, ἢ ἔπραξα τοῦτ' ἔτος τρίτον;
Πλὴν ἕν γε τοῦτο, τῶν κακῶν ἐφεισάμην,
Ὑφ' ὧν λιθασθεὶς εἰσόδου προοίμιον
Ἐκαρτέρησα. καὶ γὰρ εὐσεβέστερον
Παθόντα τὰ λοιπὰ με ὅπω καὶ φέρειν.
Ὁρᾷς, πένητες οἷα δωροῦνται θεῷ.
Καὶ τοῦτο δ' ἔγκλημ', εἰ δοκεῖ, ποιώμεθα.
Σῆς μὲν, τις εἶπεν, ὀστέων, αἰσθητικαὶ
Φρένες. τόδ' ἔργοις τοῖς ἐμοῖς ἐγνώρισα.
Τὸ χάλκεόν μοι σῶμα φροντίσιν τακὲν
Ἤδη νένευκεν· ἄλλο δύναμαι δ' οὐκ ἔχω,
Πλείω χρεωστῶν, κἂν τὰ πάντων εἰσφέρω.
Τί ἂν πάθοι τις συζυγεὶς σαθρῷ φίλῳ;
Ἀλλ' ἀνιτέον μοι πρὸς τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον.
Κέκλημ'· ἔπηξα λαὸν ἐν μέσῳ λύκων.
Ποίμνην ἄνυδρον τοῖς λόγοις ἐπήγασα.
Ἔσπειρα πίστιν τῷ θεῷ ῥιζουμένην,
Τριάδ' ἔλαμψα τοῖς πρὶν ἐσκοτισμένοις.
Ὀπός τις ἤμην, ἐν γάλακτι φάρμακον,
Πειθοῦς βίᾳ· καὶ τοὺς μὲν ἤδη δεσμίους,

Τοὺς

102. Τῶν κακῶν ἐφεισάμην] Cujus rei rationem reddens c. I, ait;

Δύο γὰρ οὕτω καλὰ κερδαίνειν παρῆν.
Αὐτούς τε ποιεῖν μετρίους τῇ μετριότητι,
Ἡμᾶς τε δόξαι, καὶ τὸ φίλτρον λαμβάνειν.

103. Ὑφ' ὧν λιθασθεὶς] concitata impia plebe ab adverſariis Anti-Trinitariis. Sic Carm. *de vita ſua*:

Πρῶτον μὲν ἐξέζεσε καθ' ἡμῶν ἡ πόλις
Ὡς εἰσαγόντων ἀνθ' ἑνὸς πλείους θεούς.

& mox:

Λίθους παρήσω, τὴν ἐμὴν πανδαισίαν.

& c. V: Λαοῖσιν ῥιφθεῖσι θελήμασι. Item c. X:

Λᾶες ἐμοὶ, κείνων δὲ τριὰς θεότης νεόπηκτος.
Τοίοις ἀλλήλους ξεινίσαμεν ξενίοις.

item Carm. LVIII,

Οὐ μὴν πάμπαν ἄτρωτος, ἐπεὶ λάεσσιν ἐδέχθην.

106. Πένητες οἷα δωρ.] Ita & in tetraſtichis:

Δῶρον θεῷ κάλλιστόν ἐστιν ὁ τρόπος.
Κἂν πάντ' ἀνίκης, οὐδὲν οὕτως ἄξιον.
Ὃ καὶ πένης δίδωσι, τοῦτο προσφέρει.

108. Σῆς μὲν, τις] In diſtichis Jambicis:

Νοῦς ἐμμέριμνος τὰς βιβρώσκων ὀστέα.

& Carm. V:

Νούσῳ τε στυγερῇ καὶ ἀργαλέαις μελεδῶναις
Τηχθέντ' ἐξαπίνης. Ἴος δὲ τε ἀνδρὶ μέριμνα.

Ita enim illic legendum pro τεχθέντ', quod interpres *natum* vertit, quum *labefactum* rectius fuiſſet: vel, ut verſui conſulatur, *fractum*. v. hic verſ. 557.

110. Τὸ χάλκεόν μοι] Ita Carm. LX ad Diabolum: Σαρκὶ ἐμῇ σθενέεσσιν ἐνηλατο. Videtur enim ante hunc morbum corpore vegeto & firmo fuiſſe.

113. Συζυγεὶς σαθρῷ] Ut illi, quos Mezentius apud Virgilium vivos mortuis alligabat, ut ſic una computreſcerent. Quamquam animus interire non poteſt, affici, corrumpique poteſt.

115. Κέκλημ'. ἔπηξα] Interpres legit, κεκμηκ'. ἔπηξα. Ita Carm. LVII:

Ἔμπαγε μὲν ἀνεφύην· καὶ ὡς κύκλος περὶ κέντρῳ
Πάντας ἐπαγρόμενος ῥήμασιν ἐνσεβέσιν.

& Carm. *de vita ſua*:

Ἔπειτα.

Quid improbum, quid vobis contrarium, quid noxium
Vel verbis protuli, vel re deſignavi toto jam hoc triennio?
Unum licet excipias, quod malis pepercerim,
A quibus ingreſſu primo lapidatus
Hoc ipſum conſtanter toleravi. Nam religioſum imprimis ac pium erat,
Quæ Chriſto acciderunt, eadem eodem animo pati.
Vides, qualia pauperes offerant Deo.
Hoc etiam, ſiquidem ita videtur, crimini mihi detur.
Vermen oſſium habet, inquit ille, qui triſtia patitur.
Id verum eſſe, re ipſa per me declaratum eſt.
Corpus hoc meum aheneum curis maceratum, ac tabefactum,
Jam elanguit: & aliud, ejus loco quod dem, nullum habeo,
Plus debens quam diſſolvere poſſim, etiamſi omnia omnium bona numerem.
Et quid obſecro pœnæ meretur, qui debili conjunctus eſt (amico?
Enimvero redeundum mihi ad id, de quo ſum exorſus dicere:
Laboravi: Populum in medio luporum collegi:
Gregi aqua carenti de meæ doctrinæ fonte potum præbui.
Feci ſementem ejus fidei, quæ eſt in Deo fundata.
Trinitatis lumen illis patefeci, qui prius in caligine verſabantur.
Adeoque quaſi coagulum quoddam eram in lacte, perſuaſionis
Vi cogentis pharmacum. Et alios quidem jam conſtrictos tenebam:

Alii

Ἔπεμψεν ἡμᾶς ἡ χάρις τοῦ πνεύματος
Λαοῦ βοηθούς, καὶ λόγου συλλήπτορας.

116. Ποίμνην ἄνυδρον] Carm. *de vita ſua*:
Ὡς ἂν καταψύξαιμεν ἐνσόφῳ ῥοῇ
Ψυχὰς ἀνύδρους.

Et poſt paulo:
Οὓς ἴσμεν ἡμεῖς, οὐδενὸς πεφηνότος
Τῶν συμφερόντων, τῷ παρόντι συντρέχειν,
Ὡς τοὺς ἀνύδρους ταῖς φατνίσιν ἐκμάσαι.

117. Ἔσπειρα πίστιν] Elegantiſſime ſimilitudinem hanc exſecutus eſt Carm. *de vita ſua*:
Ἤδη γεωργῶν ἦμεν ἐν τοῖς πλουσίοις.
Εἰ καὶ συνακτὸν οὐχ ὁμοῦ τοῦτον θέρος.
Τοὺς μὲν γὰρ ἄρτι τῶν ἀκανθῶν ἤγειρον.
Οἱ δ' ἀμαλλίζοντ'. ὡς δ' ἐβάλλετο σπόρος,
Οἱ δ' ἐν γάλακτι· τῶν δ' ὕπερ γῆς ἡ φυή.
Οἱ δ' ἐχλόαζον. οἱ δ' ἐδίζωντο στάχυς.
Οἱ δ' ἠδρύνοντο. οἱ δὲ λευκοὶ πρὸς θέρος.
Ἄλλους τιν' εἶχε, τοὺς δὲ θημών τις φίλος
Οἱ δ' ἐκκρίνοντο. οἱ δὲ τῶν σίτων ἔσω.
Οἱ δ' ἦσαν ἄρτος, τῆς γεωργίας πέρας.

ubi notandum, herbas, ſeu frumenta, ἐν γάλακτι εἶναι dici, quum ſemen pullulans necdum ſuum germen in luminis oras extulit

118. Τριὰς δ' ἔλαμψε.] Hic Gregorii noſtri conſulatus eſt, & defenſa adverſus Catilinam patria. Sic Carm. LVII omne ſibi decus ait;
Τῆς μεγάλης τριάδος ξυνὸν σέλας, ὃν ἀναφαίνων
Ἄχρι καὶ ἐκ[illegible] ἔλευθον ἐνπατρεύων.

120. Πειθοῦς βίᾳ] Carm. 1. p. 19:
Τούτων τίς ἦν οὕτως ἀκίνητος τότε,
Ὡς μὴ τὸ σύμφυτον τοῖς ἐμοῖς κλίνειν λόγοις; &c.
ubi egregie docet, quomodo & populus in concione inſtruendus, & adverſarii leniter ac θεολόγως confutandi ſint.

124. Τῇ

Τοὺς δ' ἐγγὺς εἶχον, οἱ δ' ἔμελλον αὐτίκα.
Πᾶσιν δὲ θυμὸς ἐκλίθη, τὸ πρὶν ζέων,
Καὶ φίλτρον ἤδη τῷ λόγῳ συνεκράθη.
Ἐλπὶς δὲ παντὸς, καὶ ῥοπή τις μετρία.
Ῥώμης τόδ' οἶδεν ἄστυ τοῦ εὐδαίμονος,
Καὶ τοῦ μάλιστα φημὶ τὸ πρῶτον γένος,
Οἵ μ' ἠξίωσαν καὶ λόγου τυχεῖν τινος.
Παρ' οἷς πλέον καὶ μικρὸν εὐκλείας ἔχειν,
Ἢ πρῶτ' ἐν ἄλλοις τιμίου παντὸς φέρειν.
Καὶ γὰρ τοσοῦτόν εἰσι πάντων κρείσσονες.
Οὗτοί με καὶ παρόντα εἶχον ἐν λόγῳ,
Καὶ νῦν ἀπόντος αἰτιῶνται τοὺς κακούς.
Πλέον γὰρ οὐδὲν εἶχον ἢ τοῦτο δρᾶσαι.
Οὐδ' αὐτὸς ᾔτουν οὐδέν. Ὦ πόλις, πόλις,
Ἵν' ἐκβοήσω καί τι καὶ τραγῳδικόν·
Ἀλλ' οἱ καλοί τε κἀγαθοὶ συμποιμένες
Φθόνῳ ῥαγέντες, (ἴστε τοὺς θρασωνίδας.
Οὐ γὰρ φέρει παίδευσιν ἡ ἀγροικία)
Καὶ τὴν ἐμὴν λαβόντες ἔκγονον πόνων
Ἀρρωστίαν συνεργὸν, ἣν αἰδεῖσθ' ἔδει
Τοὺς καί τι μικρὸν τῷ θεῷ κεκμηκότας,
Τό, τε θρόνου τοσούτου μὴ στέργειν κράτος,
Κόσμου ῥαγέντος ἐν μάχαις μεταιχμίῳ.
Ταῦτ' οὖν λαβόντες σὺν ῥοπῇ τοῦ δαίμονος

Πρού-

124. Τῷ λόγῳ συνεκράθας] Ita in v.c. repoſui, συνεκράθη. mox malim, καὶ ῥοπή τις μετρία.

125. Ῥώμης τόδ' οἶδεν] Carmine *de vita ſua*:

Ῥώμη νεουργὴς, εὐγενῶν ἄλλων ἕδος,
Κωνσταντίνου πόλις τε, καὶ στήλη κράτους.

ubi κράτος principem ſignificat, ut eodem Carm. ὀργῇ καθ' ἡμᾶς, πρὸς δὲ τὸ κράτος λιταῖς. Aliquanto poſt:

Δύω μὲν οὐ δίδωκεν ἡλίους φύσις,
Δισσὰς δὲ Ῥώμας, τῆς ὅλης οἰκουμένης
Λαμπτῆρας, ἀρχαῖόν τε καὶ νέον κράτος, &c.

Et Carm. XII: Ὁπλοτέρη Ῥώμη, &c.

126. Τὸ πρῶτον γένος] Theodoſium puto hic innui imperatorem, a quo ſe Carm. *de vita ſua* honorifice exceptum tractatumque refert. Poſſit & ad quoſdam ex Epiſcopis referri, quibus invitis Conſtantinopolin reliquerat. Malo tamen ad imperatorem ob ſequentia, Οὐδ' αὐτὸς ᾔτουν οὐδέν. Carmine namque *de vita ſua* raro ſe ad aulam ſeſe contuliſſe ſcribit, ut Imperatoris favorem captaret.

134. Ὦ πόλις, πόλις] Ut apud Sophoclem in Oed. Col ὦ γάμοι, γάμοι, &c. Exclamationes enim iſtiuſmodi Tragicis familiares ſunt.

137. Φθόνῳ ῥαγέντες] Carmine *de vita ſua*:

Ἀλλ', οὐ γὰρ ἡσύχαζεν, ὁ φθορεὺς φθόνος,
Ὤ, πάνθ' ἁλίσκει τ' ἢ φανῶς, ἢ λαθρίως,
Ἀρχὴν κακῶν μοι τὸ κρατοῦν ἐπεισάγει.

Et ſæpe alibi de hac Epiſcoporum invidia conqueritur: ut c. XII:

Ὑμέας ἐνσεβέας ἐπιβώσομαι, οἷα μ' ἔοργεν
Ὁ φθόνος, ὃς ἱερῶν τῆλε βάλεν τεκέων.

140. Ἀρρωστίαν σύνεργον] eodem Carm. XII:

Ταῦτα νόσος στυγερὴ, ταῦτα θεοῦ θέραπες.

142. Μὴ στέργειν κράτος] Non ſatisfacit mihi hic interpres: verſus enim hic cum illo,

μὴ

Alii prope aberant, alii ſtatim idem facturi erant.
In omnibus autem iracundia flectebatur, quæ prius in eis fervebat.
Et doctrina mea jam benevolentia quadam erat temperata.
Idem de toto populo ſperandum videbatur, cujus eſſet mediocris erga nos propenſio.
Novit hoc felix vrbs Roma,
Et inprimis patriciis orti familiis cives,
Qui me forte aliquo etiam in pretio habebant:
Apud quos vel parum gloriæ conſequi majus quiddam eſt,
Quam apud ceteros loco plane principe rebus in omnibus eſſe.
Tantopere cunctis aliis præſtant.
Hi ergo & præſentem me obſervabant,
Et nunc, poſteaquam ab eis abſum, malos accuſant.
Nihil enim præſtare amplius hac in parte poterant.
Nec ut amplius mea cauſſa facerent, ipſe poſtulabam. O civitas, civitas!
(Lubet enim more Tragico exclamare)
Præclari vero, bonique collegæ mei
Invidia rupti, (noſtis illos arroganter temerarios.
Non fert inſtitutionem ruſticitas.)
Et ad inſtitutum ſuum perficiendum debilitatem meam adſumentes,
Laborum moleſtiarumque ſubolem, cui quadam cum verecundia parcere debebant,
Qui vel parum Deo laboraſſent,
Quodque dicerent ſe tanti ſolii poteſtati non adquieſcere,
Mundo tantis diſcidiis partes in diverſas diſtracto;
Hæc itaque prætexentes cum favente numine

Me

κἀμὲ τὴν ἐμὴν λαβόντες, cohærere videtur. Duæ ſcilicet cauſæ erant, quas prætexebant hi, qui Gregorium e ſede ſua Conſtantinopolitana expellere cupiebant: prima, quod ægro corpore eſſet, adeoque oneri non ſufficeret: altera, quod & ipſe hoc onere liberari cuperet. Dixerat enim in conventu Epiſcoporum:

Ἡμῖν δὲ συγχωρήσατ' ἄθρονον βίον,
Τὸν ἀκλεῆ μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀκίνδυνον, &c.

p. 26. Carm. *de vita ſua:* Sic ut στέργειν hic *amare* vel *delectari* ſignificet. Liquet autem e ſequenti verſu, qui ſine dubio codici MS. interpretis defuit, quia illum non vertit,

Ταῦτ' οὖν λαβόντες, &c.

Vox enim ταῦτα plura quam ſolum morbum reſpicit: & illud φίλτατοι, licet ironice dictum, ſpeciem tamen amicitiæ adhibitam indicat, quæ in eo, quod tanti ſolii poteſtati non acquieſcerent, locum nullum habuiſſet. Forte interpres ſcripſerat, *me tanti ſolii*, pro *ſe*, &c. alias ita explicem: *Quodque meam tanti ſolii poteſtatem ferre amplius non poſſent.*

 145. A C-

Προὔπεμψαν ἔνθεν ἀζημίως οἱ φίλτατοι,
Ὥσπερ τιν' ὄγκον ἐκ νεὼς βαρουμένης
Ῥίψαντες. ἦν γὰρ φόρτος εὐφρονῶν κακοῖς.
Ἔπειτ' ἀροῦσι χεῖρας ὡς ἁγνοὶ Θεῷ;
Καὶ δῶρα πέμψουσ' ἐκ φρενὸς καθάρσια;
Καὶ λαὸν ἁγνίσουσι μυστικοῖς λόγοις;
Οἵ κἀμ' ἔπεμψαν ἔνθεν ἐκ πονηρίας.
Οὐ σφόδρ' ἄκοντα, καὶ γὰρ ἦν αἶσχος μέγα,
Τούτων τιν' εἶναι τῶν καπήλων πίστεως,
Ὧν οἱ μὲν ὄντες ἔκγονοι φορογράφων,
Οὐδὲν φρονοῦντες τοῦ παρεγγράφειν πλέον,
Οἱ δ' ἐκ τραπέζης, τῶν ἐκεῖσ' ἀγαλμάτων,
Οἱ δ' ἐξ ἀρότρων ἡλίῳ κεκαυμένοι,
Οἱ δ' ἐκ δικέλλης καὶ σμινύης πανημέρου,
Ἄλλοι δὲ κώπην, ἢ στρατὸν λελοιπότες,
Ἄντλον πνέοντες, ἢ τὸ σῶμ' ἐστιγμένοι,

145. Ἀζημίως] *Lei n'è padrone*, dicunt Itali: ſicut Innocentius Papa XI Caſtelmainio Anglorum R. Jacobi II legato, diſceſſum ex urbe in patriam, ni melius tractaretur, minitanti reſpondit. Ergo, ut eſt apud noſtrum Carmine *de vita ſua*:

—— Οἶδ' ἴσασι, καὶ Θεός,
Εἰ μή τι πλεῖον τοῦ μέσου τὸ λάθριον,
Νίων ὄλεθρος καὶ σπιλάδες, λόχοι βάθους,
Ἄλλοι λέγουσι ταῦτα, σιγήσω δ' ἐγώ, &c.
Ἄφνω τετίμημ' ἐνδελῶ συναινέσει.

Ut igitur errorem ſuum animadvertit, quippe qui hunc aſſenſum tam facilem non exſpectaverat, pœnitentia ductus exclamat:

Τοιαῦτα πατρὶς τοῖς φίλοις χαρίζεται.

146. Ὥσπερ τιν' ὄγκον] Mirum hæc hic dicere Gregorium, qui Carmine *de vita ſua*, p. 29, nil ſe magis appetiſſe ſcribit, aitque ad Epiſcopos:

Ἄραντες ἡμᾶς ῥίψατε κλήρου φορᾷ.
Ἐγὼ δ' Ἰωνᾶς, &c.

Et mox:

Οὐδ' ἐθρονίσθην ἀζήμιος, καὶ νῦν ἑκὼν
Ἄπειμι· πείθει καὶ τὸ σῶμ' οὕτως ἔχον.

148. Εἶτ' ἀροῦσι χεῖρας] In ſacrificio Miſſæ; ubi & digitorum ea propter lotio: quæ in ſacris cum apud Judæos olim, tum apud gentiles ſollemnis fuit. De Chriſtianis manus, cum oraturi eſſent, lavantibus v. Tertullian. de Oratione §. XI, qui ibidem manus quoque tunc attolli, & in crucis imaginem expandi ſolitas ſcribit.

149. Καὶ δῶρα πέμψουσι] Id eſt, oblationes facient, & preces ad Deum pro ſalute populi. Sic Carm. LXIV ad Baſilium jam mortuum, & angelorum choris inſertum:

Πόντου, καππαδοκῶν τε μέγα κλέος, εἰ ἔτι καὶ νῦν
Λίσσομ' ὑπὲρ κόσμου ἵστασο δῶρ' ἀνάγων, &c.

Carm. X.

Αὐτὰρ ἔγωγε τρομεροῦσι καὶ ἁγνίστοις παλάμῃσι
Δῶρον ἄγει Χριστοῦ σαρκὰ χαριζόμενος, &c.

Poſt ſacrificium vero Miſſæ, oratione completa oratum pro Coëpiſcopis, ut eſt apud Epiph. in Epiſt. ad Johannem Hieroſol.

151. Ἐκ πονηρίας] Neglexit hoc vertere interpres, vel forte in ſuo codice non invenit. Carm. X.

Ὥς ἴδον ἄστυλα ἔργα, κακορραφίην τ' ἀλεγεινήν,
Αἶψ' ἀναχασσάμενος ἐκτὸς ἔθηκα πόδα.

152. Καὶ γὰρ ἦν αἶσχος] D. Hieron. ad Pammachium: *Apud viros bonos indignior fit ipſa dignitas, quam multi indigni poſſident.*

153. Καπήλων πίστεως] Quippe qui auro a Maximo corrupti fuerant; quoſque Carm. *de vita ſua* χριστεμπόρους appellat:

Τὸν συμφυτὸν δὲ τὸν πολὺν χριστεμπόρον
Τότε σπουδάσω, ἡνίκ' ἂν καὶ βόρβορον

Me amanter ſcilicet amiciſſimi homines ablegarunt,
Quaſi ejecto quodam onere de navi nimis gravata.
Nam reapſe, qui recte ſapit, ac prudens eſt, non poteſt non improbis oneri eſſe.
Qua re confecta non dubitabunt etiam tanquam puri ad Deum manus attollere,
Donaque luſtralia de corde promere?
Non populum verbis myſticis ſanctificare?
Dimiſerunt igitur ab urbe, *procul ut eſſem a malitia*,
Non admodum repugnantem, quippe turpiſſimum erat
Illorum me fidei cauponum in numero eſſe,
Quorum alii nepotes erant eorum, qui tributorum ſcribæ fuerant,
Et aliud nil animo volvebant, quam falſas & ſubdolas rationum depravationes:
Alii de argentariorum menſa, quæque illic ſunt oblectamenta,
Alii ab aratris venerant, aduſti a ſole:
Alii a ligone, vel bidente totum diem non quieſcente:
Alii remos, exercituſve reliquerant,
Redolentes adhuc ſentinam, vel corpus fœdatum cicatricibus habentes:

Populi

Εὐωδίῃ μίξῃ τις ἀχράντου μύρου.

154. *Φορογράφων*] Qui & *πράκτορες φόρων* hoc Carmine, & Carm. I. *πρηκτῆρες*: ut, *κρατεροί τε φόρων πρηκτῆρες ὁμιλεῖν.* Cujuſmodi Hellenius fuit, ad quem carmen ſcripſit XLVII pro Monachis ſuis deprecatorium. In eo extremo ait:

—— Ὃς λάχες αἰεὶ
Στῆσαι ἡμετέρῃ μέτρα δίκαια φόρων.
Καὶ στήσαις μεγάλοιο Θεοῦ σὺν ἀμύμονι χειρὶ,
Ὥς κεν ἁγνῶς στήσαις, μηδ᾽ ἑτεροκλινέα,
Κέρδεσιν οὐχ ὁσίοισι δαμεὶς φρένας, &c.

Item Julianus, ad quem ſequens Carmen eſt XLVIII:

Σοὶ δὲ Θεὸς χείρεσσι φόρων ἔθηκε τάλαντον, &c.
Φείδεο μοι ψυχῶν, φείδεο σῇ γραφίδι.

ubi plura: unde liquet, æſtimationem tributorum in ipſorum manu fuiſſe, ac relatam in tabulas.

155. *Τοῦ παραγράφειν*] Id eſt, plus quam oportet, in libros rationum inferre, vel quod ad ſummam vectigalis impoſiti, vel, quod ad nomina hominum, qui deſcriptione tributorum non continebantur. Sequens verſus in codice Leunclavii defuiſſe videtur.

156 *Τῶν τ᾽ ἐκεῖσ᾽ ἀγαλμάτων*] *Signorum.* Sine dubio ſtatuas intelligit, quæ forum exornabant: erant enim in foro menſæ argentariæ; unde *cedere foro* dicti, qui ſolvendo non eſſent. Sic in tabula Actorum Urbanor. apud Reineſ. IV, 4. *Aufidius menſarius taberna argentaria ad ſcutum Cimbricum cum magna vi æris alieni ceſſit foro*, &c.

157. *Οἱ δ᾽ ἐξ ἀρότρων*] Sic Carm. X:

Μήτε τις οὖν ἀροτὴρ, μὴ τέκτων, μὴ σκυτοεργὸς,
Μὴ θήρην μεθέπων, μήτ᾽ ἔμπορον ἔργον ἐλαύνων,
Τῆλε μένοι, μηδ᾽ ἄλλον ἔχοι σημάντορα θεῖον.

160. *Τὸ σῶμ᾽ ἐστιγμένοι*] Dei Martis hi ſtigmatiæ fuere, quibus corpus plurimis cicatricibus in bellis ac præliis, veluti notis compunctum. Sic ſcilicet ſuos Deum nonnulli

habue-

Λαοῦ κυβερνῆταί τε, καὶ στρατηλάται,
Πέφην' οὐκ εἴξουσι καὶ μικρόν ποτε.
Ἄλλοι δὲ τειχῶν ἐμπύρων τὴν ἀσβόλην
Οὔπω τελείως σαρκὸς ἐκνενιμμένοι
Μαστιγίαι τε, καὶ μυλώνων ἄξιοι,
Πρὶν καὶ τὸ τίμημ' εἰσενεγκεῖν δεσπόταις,
Μικράν τιν' ἂν εὕρωσι παῦλαν τῶν πόνων,
Ἔπειθ' ὑπερμαζῶσι, καὶ δήμου τινὰς
Κλέψαντες, ἢ πείσαντες; ἢ τυραννικῶς,
Ἄνω τρέχουσι κάνθαροι πρὸς οὐρανόν,
Πόλον στρέφοντες οὐ τὸν ἐκ κόπρων ἔτι,
Οὐδ' ἐξόπισθεν, ὡς τὸ πρίν, νενευκότες
Αὐτῶν δ' ἔχειν δοκοῦντες τὸ ἄνω κράτος.
Ἀειπερὰ λαλοῦντες, οὐδὲ τοὺς πόδας
Αὐτῶν ἀριθμεῖν εἰδότες, ἢ τὰς χέρας.
Ἀλλ' οὐ κάκιστα ταῦτα, οὐδ' ἐπισκοπῆς,

Ὧ λῶ-

habuerunt literatos. Nam & Herculi ſe tradentes ſacra accepiſſe ſtigmata apud Herodotum legimus. Ita enim ille lib. II, cap. XIII, de templo in Ægypti litore Canobico ad Taricheas: *Ἐς τὸ ἢν καταφυγὼν οἰκέτης ὅτεο ἀνθρώπων ἐπιβάληται στίγματα ἱρὰ, ἑωυτὸν διδοὺς τῷ θεῷ, οὐκ ἔξεστι τουτέου ἅψασθαι.* Lucianus in Dea Syria, de Gallis Deæ Syriæ Sacerdotibus: *Στίζονται δὲ πάντες· οἱ μὲν ἐς καρπούς, οἱ δὲ ἐς αὐχένας. Καὶ ἀπὸ τοῦδε ἅπαντες Ἀσσύριοι στιγματοφορέουσι.* Sic & lib. II. Machabæor. II, 28; Judæos legas, gentilium Ægyptiorum ſacris initiatos, Bacchi inſignibus, id eſt, hederæ foliis *ἐστιγμένους.* Hippolytus lib. de AntiChriſto Antiochum Epiphanem tradit inter cetera Judæis imperaſſe, ut Libero Patri pompas agerent, *κισσοῖς ἐστεφανωμένοι*; quod longe diverſum ab *ἐστιγμένοι*, ut mox videbimus. Quin & in ſacris libris apud Ezechielem XI, verſ. IV, is ritus exhibetur; ita enim illic: *Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν, διελθε μέσην Ἱερουσαλὴμ, καὶ δὸς σημεῖον ἐπὶ τὰ μέτωπα τῶν ἀνδρῶν, τῶν καταστεναζόντων*, &c. Item in Apocalypſi D. Joannis a beſtia ſignati leguntur. Hinc Ptolemæus Philopator cognomen *Galli* accepit, ut eſt in Etymologico, *διὰ τὸ φύλλα κισσοῦ κατεστίχθαι, ὡς οἱ Γάλλοι.* Si modo locus ille integer eſt, & non potius ibidem *κατεστέφθαι*, ut aliquando ad Lucianum de Calumnia annotavi, legendum; quia ſequitur: *Ἀεὶ γὰρ ταῖς Διονυσιακαῖς τελεταῖς κισσῷ ἐστεφανοῦντο.* Tunc enim, ut hæc ratio valeat, *ἐστίζοντο* pro *ἐστεφανοῦντο* corrigendum. Coronari autem ſolitas in feſto Dionyſii Bacchas, & bacchantes, ex compluribus liquet ſcriptoribus. Nil enim tritius. Sic apud Athenæum l. V Callixenus de Bacchis ait: *ἐστεφανωμέναι τινὲς μὲν ὄφεσιν, αἱ δὲ σμίλαξι, καὶ ἀμπέλῳ, καὶ κιττῷ.* Et paulo ante de Satyris: *μεθ' οὓς Σάτυροι τεσσαράκοντα ἐστεφανωμένοι κισσίνοις χρυσοῖς στεφάνοις.* Ceterum quod Stigmatias attinet, alia Pictorum in Britannia notandi corpora ratio fuit; de quibus Claudian. Coſ. Stiliconis II, 247:

Inde Caledonio vallata Britannia ponto,
Ferro picta genas.

& Iſidorus lib. IX Etymol. cap. II: *Scoti propria lingua nomen habent a picto corpore, eo quod aculeis ferreis cum atramento variarum figurarum ſtigmate notentur.* Vide & Servium ad IV Æn. v. 146. Sic ego errantium in Africa Nomadum uxores filiaſque vidi brachia elegantiſſime pictas; interque multiplices figuras crucis quoque effigiem obſervavi. Hieroſolymis autem, qui S. Sepulchrum viſitant, equeſtrique ordini adſcribuntur, Cruce Hieroſolymitana in brachio ſignantur, ut in nonnullis amicorum iſtinc reverſorum non ſine aliqua vidi voluptate.

162. Πέφηνε] verte potius: *quantum videtur, ne hilum quidem conceſſuri ſunt*: id eſt, adeo magna laborant *φιλαυτίᾳ*, atque inſolentia, ut, qui paulo ante remiges, aut mili-

tes

Populi gubernatores, aut duces militum,
Qui ne minimum quidem conceſſuri videntur:
Nonnulli etiam opificiorum, quæ citra ignem perfici nequeunt, gnari, qui
Ne fuliginem quidem de corpore integre abluerant:
Flagriones, ac piſtrinis digni:
Qui priuſquam pretium heris numerare queant,
Si vel exiguam a laboribus requietem inveniant,
Laſciviunt inſigniter, ac nonnullis de populo
Furtim ſuam in ſententiam pertractis, vel perſuadendo adductis, vel vi,
Tamquam crabrones ad cæſum tendunt
Non amplius axem luteum vertentes,
Nec ut prius demiſſis capitibus:
Sed exiſtimantes ſe in res ſuperas imperium habere,
Proferentes ſiniſtra, nulliuſque momenti, nec pedes ſuos
Manusve numerare ſcientes.
An non hæc improborum ſunt, vir optime, ac nequaquam Epiſco-

tes deſertores, ac fugitivi fuerunt, jam ſibi populi magiſtratibus, & exercituum ducibus, ſi non ſuperiores, ſaltem pares videantur.

163. *Τέχνων ἐμπύρων*] Ita & Carm. XI:

Μήτις οὖν ἀροτὴρ, μὴ τέκτων, μὴ σκυτοεργὸς,
Μὴ θήρων μελέτων, μηδ' ἐμπύρων ἔργων ἐλαυνόντων,
Τῆλε μένοι.

165. *Μαστιγίαι*] Qui ſervorum abjectiſſimi & peſſimi. Hi enim verberibus ſervilibus caſtigabantur, & in piſtrinum detrudebantur. Notum illud Simonis Terentiani, *in piſtrinum te, Dave, dedam uſque ad necem.*

166. Πρὶν *καὶ τὸ τίμημα*]. Ad libertatem parandam. Sic & nunc apud prædones Africanos, præſertim Algeziræ, Chriſtianis in ſervitutem illuc abductis, multa facultas diligentia ſua pecuniam faciendi, qua ſe poſtea redimant. Nec facile id cuiquam negatur, qui aliquod callet opificium, conceſſa hujus in tabernula aliqua exercendi libertate, pro quo in menſem binos patrono coronatos ſolvit argenteos, ac totidem Domino tabernæ: quidquid ſupereſt, ipſius eſt peculium ſervi, nec ab hero eripi poteſt; vetante judice; & hoc ſe tandem redimit: quod pauculis fit annis ab his, qui ipſe alienæ deſtituti liberalitatis, genium ſuum ad tempus defrudare malunt, quam perpetuum ſervire. Poteſt alias & de diurna accipi mercede, quam dominis conficere & conferre debebant: niſi potius tributa, quæ Principibus pendebantur, hic ſignificari exiſtimandum eſt.

168. *Ὑπερμαζῶσι*] Laſcivia hæc a nimia ſatietate eſt. qualis equorum a copia pabuli: unde & apud nos proverbium eſt, *de Haverkoornen ſteecken hem.* Id eſt, avenæ nimis ſumſit, hac pungitur, & ad laſciviam excitatur. *Μάζα* vero hic de omni cibo accipitur.

170. *Κάνθαροι πρὸς ἠέριον*] Nota fabula eſt ſcarabæi in Jovis ſinum volantis, unde excuſſa poſt aquilæ ova.

171 *Τὸν ἐκ κόπρων*] Ut ſolent Scarabæi. Videtis notata ad Auſonium epigr. de Marco, cujus animam poſt mortem Pythagorica metempſychoſi in ſcarabæum tranſituram divinabat. Item Plutarchum de Iſide & Oſiride p. 355. & 381. edit. Pariſ. Euſebium lib III Pr. Eu. c. IV. e Porphyrio, Suidam, in *κάνθαρος*, Ariſtophanem in Pace ſc. I, &c.

172. Νενευκότες] *Neque nunc, ut ante, retrorſum in terram reſpicientes, ſed jam cælum ſe tenere, cæleſtiumque rerum dominium exiſtimantes.*

174. *Οὐδὲ τοὺς πόδας ἀριθμεῖν*] elegans in homines indoctos adagium. *Ἀριστερὰ λέγειν* eſt inepta dicere, & vel non ad rem facientia, vel ſanæ doctrinæ prudentiæve non convenientia. *Ἀριστερὰ* enim Græcis *τὰ μωρά*, ut contra *τὰ δεξιὰ, συνετά*. De hac Epiſcoporum ignorantia oratio-

Ὢ λῷστε· μὴ τοσοῦτον ἀρχαίως φρονεῖν,
Ὡς τηλικοῦτο πρᾶγμα τιμᾶσθαι κακῶς.
Μηδ' εἰ λίαν μοι τὸ χθαμαλὸν σπουδάζεται.
Οὐ γὰρ κάκιστον ἡ ἐπισκοπή. χρεὼν
Πάντως τιν' εἶναι, τῶν δ' ἀρίστων ἐκλέγω
Τὸν πρῶτον, εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ μὴ τὸν ἔσχατον.
Εἴπερ νομίζεσθαί τι δεῖ μου τὸν λόγον,
Καὶ νῦν μάλιστα ἐν ζάλῃ γλωσσαλγίας,
Καὶ τῶν μεγίστων ἀστέων, καὶ συλλόγων.
Ὧν καὶ μενόντων ἀσφαλῶς, κέρδος πλέον.
Καὶ μὴ μενόντων, ἡ βλάβη πληρεστέρα.
Ὧν δὴ χάριν σοι τοὺς καλοὺς ἐκλεκτέον.
Μόλις γὰρ ἄν τις τῶν μέσων οὕτω τύχοι,
Εἰ σφόδρ' ἀγωνίζοιτο, τοὺς καλοὺς κρατεῖν.
Οὕτω γινώσκειν, γνώμονος ἀψευδεστάτου.
Ἀλλ' οἱ τελῶναι, χ' ἁλιεῖς, ἥξουσί μοι
Εὐαγγελισταί, καὶ πένητες ἐν λόγῳ,
Κόσμον σαγηνεύσαντες εὐτελεῖ λόγῳ.
Καὶ τοὺς σοφοὺς λαβόντες εἴσω δικτύων,
Ὡς ἂν τὸ θαῦμα μεῖζον ᾖ τὸ τοῦ λόγου.
Καὶ γὰρ πρόχειρον τοῦτο τοῖς πολλοῖς λέγειν.
Πρὸς οὓς βραχύς μοι καὶ σαφὴς ἄγαν λόγος.
Δός μοι τὸ πιστὸν τῶν ἀποστόλων ἑνός,
Ἄχαλκον εἶναι, πήραν οὐκ ἐξημμένον,
Ἄρραβδον, ἡμίγυμνον, ὡς δ' ἀσάνδαλον,
Ἐφήμερον, πλουτοῦντα ἐλπίδας μόνας,
Μηδ' εὐπροσήγορον τιν' εἰς δόξαν λόγου,

Τῶ

orationem Gregorii XXIX adire licet, qua eos graviſſime perſtrinxit.

177. Ἀρχαίως φρονεῖν] οἱ ἀρχαῖοι, *veteres*, ſimpliciores; unde illud; *Homo antiqua virtute & fide.*

180. Ἡ ἐπίσκοπος] Rectius, quod pro varia lectione, ἡ ἐπισκοπή: quemadmodum & Leunclavius legiſſe videtur.

182 Ἀλλὰ μὴ τὸν ἔσχατον] Maximum hic tangit improbe ſibi ſuffectum; in quem poſt pluribus & vehementius invehitur, quem verſu 550 ὁμοῦ μαθητὴν καὶ διδάσκαλον δοκεῖν dicit. Erat enim tum temporis adhuc Catechumenus, quum per factionem Epiſcopus crearetur: Acciditque ei licet diſſimillimo, quod Ambroſio Mediolanenſi, qui & ipſe Catechumenus adhuc Epiſcopus factus fuit, non eodem tamen eventu.

184. Ἐν ζάλῃ γλωσσαλγίας] De qua carm. in ſuos verſus:

Πολλοὺς ὁρῶν γράφοντας ἐν τῷ νῦν βίῳ
Λόγους ἀμέτρους, καὶ ῥέοντας εὐκόλως,
Καὶ πλεῖστον ἐκτρίβοντας ἐν πόνοις χρόνον
Ὧν κέρδος οὐδέν, ἡ κενὴ γλωσσαλγία.

Libanium hic notari puto.

185. Τῶν μεγίστων] Conſtantinopolis & Antiochiæ: ubi tum temporis graviſſimæ erant contentiones, animorumque concertationes de ſucceſſore Meletii. Vide Argumentum alterum.

186. Κέρ-

Epiſcoporum? Non enim tam ſimplices nos eſſe convenit;
Ut rem tantam non recte æſtimemus.
Etiamſi admodum mihi cara ſint humilia.
Nam Epiſcopatus non eſt res mala. Eſſe
Omnino aliquem oportet. Verum ego de præſtantiſſimis
Primum eligo, vel ſaltem non poſtremum:
Siquidem aliquid mea valere debet ratio,
Præſertim hoc tempore, in hac tempeſtate linguarum prurientium,
Maximarumque civitatum ac cœtuum procella:
Quæ civitates ſi retineantur in tranquillitate ſecura, magno id ipſum cum fructu ſit:
Sin autem; majus detrimentum percipitur.
Quapropter eligendi tibi ſunt boni ac præclari.
Nam vix fiet, ut aliquis mediocrium ſit in numero,
Etiamſi vehementer in hoc incumbat, ut bonos ſuperet.
Hæc ſententia eſt judicii minime depravati.
Verumenimvero publicani & piſcatores Euangeliſtarum in numero,
Doctrinæque inopes mihi proferentur,
Qui mundum univerſum oratione ſimplici tamquam everriculo quodam complexi ſint,
Et retibus ſuis ſapientiſſimos doctiſſimoſque ceperint:
Ut eo majus ſcilicet per doctrinam Chriſtianam prodigium ederetur.
Nimirum hoc plerique vulgo in ore habent.
Ad quos diſſertatione quadam brevi, ac perquam dilucida utemur.
Exhibe tu mihi fidem alicujus ex Apoſtolorum numero:
Oſtende quendam, qui numos nullos habeat, qui peram alligatam non geſtet,
Baculo careat, ſeminudus ſit, ſandaliis non utatur,
In diem vivat, ſola ſpe dives & opulentus ſit,
Affabilitatem, comitatemque fugiat in loquendo,

Ne

186. Κέρδος πλέον] Formula laudantis probantiſque: id eſt, tanto melius: ut alibi, κέρδος ἐμόν.

191. Γνώμων] qui ſtilus horas indicat in ſolario.

192. Ἀλλ' εἰ τελῶναι] Τοῦτο πρόχειρον τοῖς πολλοῖς εἰς ἀπολογίαν τῆς ἀμαθίας, ut ait Orat. XXVII.

194. Σαγηνεύσαντες] Carm. LXI:

Οἳ κόσμον γλυκεροῖσι θεοῦ δεσμοῖσι σαγήνευσαν,
Οὔτι λόγοις κρατεροῖσι πεποιθότες, &c.

197. Πολλοῖς λέγειν] Al. λόγοις.

200 Ἄχαλκον ἴσθι] ex inſtituto Magiſtri, Matthæi x, verſ. 9 & ſeqq. Non poteſt autem elegantior Franciſcanorum ſeverioris ordinis deſcriptio dari. Permitte peram & baculum, Cynicos exprimi dixeris.

203. Μηδ' εὐπροσήγορον] Lucæ x, 4.

205. Πρὸς λόγους ἀλλοτρίους] Τῶν ἔξω ſcilicet. Atqui his ipſe operam dederat, ut Carm. I:

Τῶν

Τοῦ μὴ δοκεῖν θωπείαν ἰσχύειν πλέον,
Μηδ' ἀσχολεῖσθαι πρὸς λόγους ἀλλοτρίους.
Τοῦτον τὶς ἔστω, καὶ τὰ πάντα δέξομαι,
Ἄφθογγον, αἰσχρὸν, δυσγενῆ, βοηλάτην.
Ὁ γὰρ τρόπος κάλυμμα τῆς μοχθηρίας.
Τοῦτον τὶς εἴης, χ' ἁλιεῦσι βατράχους,
Ἔπειτα δώσομέν σε ἀγγέλων χοροῖς.
Ἓν οὖν τι δός μοι, μὴ καθήψης δαιμόνων;
Μὴ λεπρὸν ἐξέλοις, μὴ νεκρὸν τάφου;
Μελῶν τε πῆξιν μὴ λάβοι παρειμένος;
Θὲς τῷ κάμνοντι χεῖρα, καὶ στήτω νόσος.
Οὕτω με πείσεις τοῦ λόγου καταφρονεῖν.
Εἰ δ' ἐκ δυοῖν σοι τοῦ ἑνὸς συγκειμένου,
Ἐπαινετοῦ τε, καὶ κατηγορουμένου,
Τὸ μὲν λογίζῃ, τὸ δὲ παρατρέχεις ἑκὼν,
Κλέπτεις κακούργως τῆς ὁμοιώσεως σφόδρα.
Ματθαῖος ἦν τελώνης, ἀλλὰ τίμιος.
Οὐχ ὡς τελώνης, ὡς δὲ πνεύματος γέμων.
Πέτρος μαθητῶν ἄκρος, ἀλλὰ πέτρος ἦν,
Οὐχ ὡς σαγηνεὺς, ἀλλ' ὅτι ζήλου πλέως.
Πείθει με τιμᾶν καὶ τὸ δίκτυον ὁ τρόπος.
Σοῦ δ' ἐκτρέπομαι, κἂν τι τῶν σεμνῶν φέρῃς.

Τοῦτ'

Τῶν λόγων δ' ἔρως ἐμὲ
Θερμός τις εἶχε· καὶ γὰρ ἐζήτουν λόγους
Δεῖναι βοηθοὺς τοὺς νόθους τοῖς γνησίοις.
Ὡς μὴ ἐπαίροινθ' οἱ μαθόντες οὐδὲ ἕν.

Quam tamen eruditionem, ut Carm. II ait,

Πενία ἐν δαπίδων Χριστοῦ προπάροιθεν ἔθηκεν.

quod & Carm. LXI ad Nemeſium repetit. Modum autem carmine tertio Jambico p. 193 indicat:

Καὶ τῶν μάθησιν τῶν παρ' Ἕλλησι λόγων
Ὥσπερ δικαστὴς ἔννομον ψῆφον φέρων.
Ὑπερτίθεσθαι τάξιν, ὡς ἐστὶ πρέπον,
Τῇ τῶν ἀληθῶν δογμάτων παῤῥησίᾳ
Τῇ πανσόφῳ τε τῶν γραφῶν θεωρίᾳ.
Καὶ γὰρ δίκαιον, τὴν σοφίαν τοῦ πνεύματος,
Ἄνωθεν οὖσαν, ἐκ θεοῦ τ' ἀφιγμένην,
Διζονται εἶναι τῆς κάτω παιδεύσεως.

poteſt & ſimpliciter accipi de ſermonibus aliorum, quibus vacare non oporteat, aut aures ſuas dedere: εἰς δόξαν λόγου vero exponi, *ut laudem conſequare facundia.*

208. Τῆς μοχθηρίας] μοχθηρία hic infelicitatem ſordeſque humilium natalium, & opificiorum ſignificat. Huc quadrant illa Juvenalis:

Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis
Æacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas,
Quam te Therſitæ ſimilem producat Achilles.

Boni igitur mores, & emendata vita, dedecus natalium, & humilis conditionis ſordes corrigunt, & fulgore ſuo obruunt, ac obtegunt. Ita enim hic verſus explicandus eſt. Sic Noſter Carm. LII:

Κρεῖσσον ἄρ' ἐστὶν ἐόντα κακὸν γένος, ἢ κάκιστον
Ἔμμεναι ἐυγενέτην· καὶ ῥόδον ἐκ τρηχείης
Ἐβλάστησε φυτεῖο, ῥόδα μὲν ἐκ σιδ' ἀπὸ γαίης
Ἤλυθες ἀκανθ' ἁπαλοῦ, τοῦ πυρὸς ἄξιος εἶ.

ut illic legendum videtur. Infra v. 224:

Πείθει με τιμᾶν καὶ τὸ δίκτυον ὁ τρόπος.

209. Ἁλιεῦσι βατράχους] non potuit quidquam aptius venuſtiuſque in eos dici, qui ſe inani gloria cum piſcatoribus Apoſtolis compara-

Ne plus efficere adſentando, quam docendo videatur:
Qui denique doctrinis externis & alienis diſcendis non ſit occupatus,
Horum, inquam, ſi mihi monſtres aliquem, nihil non admittam, concedamque:
Tametſi linguæ noſtræ non ſit gnarus, tametſi deformis, ignobilis, bubulcus.
Nam probitas ac mores ruſticitatis imperitiæque velamentum ſunt;
Si horum de numero ſis, etiamſi vel ranas piſcari conſueveris,
Nihilominus in angelorum cœtus te aggregabimus.
Itaque da unum aliquod mihi. Num malis a geniis obſeſſos repurgas?
Num lepra infectum mundare potes? num mortuum de ſepulcro eductum vitæ reſtituere?
Num per te conſequi poteſt, cui diſſoluta membra ſunt, ut rurſum conſolidetur?
Impone manum ægrotanti, ac finem morbus habeat.
Sic nimirum mihi perſuadebis, ut omnem doctrinam aſperner.
At ſi de duobus compoſitis
Uno laudabili, altero vituperabili,
Quod laudem meretur, commemoras, quod vituperationem, libenter ſilentio præteris,
Subdole fraudulenterque comparationem hanc inſtituis.
Matthæus erat publicanus, ſed venerabilis:
Non ut publicanus, ſed ut ſpiritu plenus.
Petrus Apoſtolorum Princeps erat, ſed Eccleſiæ petra:
Non ut piſcator, ſed ut fervoris ſcatens.
Ut ipſa quoque retia venerer, probitas facit.
At te averſor, etiamſi quid habeas honeſtæ ſpeciei;

Quod

parabant. Nam & ranæ in palati delicias hamis capiuntur, & reticulis: eſtque hoc puerorum aut ruſticorum munus, qui piſcatorum eapropter affectare nomen non auſint.

210. Ἀγγέλων χοροῖς] ἄγγελοι hic Apoſtoli ſunt Euangelii nuntii & præcones.

211. Μὴ καθαίρεις] num potis es miracula illa præſtare, quibus Apoſtoli illi, quos inculto & vulgari ſermone uſos imitari te dicis, excelluere?

217. Ἐπαινετοῦ] miracula faciendi poteſtatis.

Ibid. Κατημαξευμένων] incomti, tenuiſque ſermonis, infantiæ in dicendo.

222. Πέτρος] Hi duo verſus a codice Leunclavii abfuiſſe videntur. Quare eos e noſtro addidimus.

225. Κἂν τι τῶν σεμνῶν φέρεις] Pallium nigrum. Etenim *decipit frons prima multos.* Capitur ſcilicet populus exteriore ſanctitatis ſpecie, veſtitu, & geſtibus blandiente. Τὰ σεμνὰ igitur illa ſunt, quæ gravitatem habent, aut præ ſe ferunt, præſertim religionis. Sic Oratorium in ſolitariis Ægyptiorum Monachorum manſionibus σεμνεῖον appellatum, apud Euſebium & Niceph. Calliſtum in Hiſt. Eccleſiaſt.

Τοῦτ' ἔστιν ἡ πάγη τε, καὶ τὸ θήρατρον.
Γραφεύς τις εἰμὶ τὰς καλὰς μιμούμενος
Μορφὰς ἐν ἄλφοις καὶ σπιλάσμασιν μόνοις.
Ἢ πᾶν τὸ κάλλος γράψειν, ἢ τὸ πᾶν πάρες.
Κἀκεῖνο δ' εἰπέ, πῶς ἀπαιδεύτους καλεῖς,
Τούτους ὧν λόγοι τε, καὶ συγγράμματα,
Ὧν κάμνομεν νοῆσαι καὶ μικρὸν λάθος,
Οἱ τοῖς λόγοις ἄνωθεν ἐντεθραμμένοι;
Εἰς οὓς λόγος τοσοῦτος αὖθις καὶ πόνος,
Ὡς μὲν τὰ πάντα τυγχάνειν ποιημάτων,
Γλώσσης τε πάσης, καὶ φρενὸς εὐμαθεστέρας,
Καρπὸν φερούσης, ὕψος ἐξηγήσεων.
Πόθεν βασιλεῖς, καὶ πόλεις, καὶ συλλόγους,
Κατηγοροῦντας, εὐθύνοντας ἐν λόγοις,
Πρὸ βημάτων τε, καὶ θεάτροις ἐν μέσοις,
Σοφούς, νομικούς, ἕλληνας ὠφρυωμένους,
Δημηγοροῦντας, εὐστομοῦντας καίρια,
Ἔπειθον, ἐξήλεγχον ἐν παῤῥησίᾳ,
Εἰ μὴ λόγου μετεῖχον, οὗ σὺ μὴ δίδως;
Ἴσως ἂν εἴπῃς, ἐν ῥοῇ τοῦ πνεύματος,
Λέγων ἀληθῶς· ἀλλὰ τοὐντεῦθεν σκόπει.
Σοὶ δ' οὐ μέτεστι πνεύματος; καὶ μὴν φρονεῖς

Τούτῳ

226. Τοῦτ' ἐστὶν ἡ πάγη] ſimulatio ſcilicet illa gravitatis, ſanctitatiſque, qua vulgus circumveniri ſolet.

227. Γραφεύς τις εἰμὶ] qualis ille Horatianus epiſt. de Arte Poet. ad Piſones:

Æmylium circa ludum faber imus & ungues
Exprimet, & molles imitabitur ære capillos,
Infelix operum ſumma: quia ponere totum
Neſciet. Hunc ego me, ſi quid componere
curem, &c.

forte tamen melius hic legas: γραφεύς τις εἶς ὁ τὰς καλὰς &c.

228. Ἐν ἄλφοις] ludit hic, faceteque hypocritas illos perſtringit. qui infantiam ſuam exemplo defendebant Apoſtolorum. Pictoribus igitur illos comparat, vitia tantum corporis exteriora penicillo exprimere gnaris, cujuſmodi ſunt vitiligo & lepra, quæ cutem rimis inarant, albiſque ſquammulis obducunt: (& hanc ſpeciem exteriorem ironice *pulchram* appellat;) ceterum purum, integrumque, & vere pulchrum corpus exhibere non valentibus.

232. Μικρὸν λάθος] τὸ λάθος hic eſt, quod in maxima rerum graviorum copia velut leviculum aliud agentes effugit: quod *humana parum cavit natura*, ut eſt apud Horatium: vel quod etiam ſponte veluti minutum negligitur: ὥσπερ ἐν τοῖς ἄγαν πλούτοις ἀνάγκη τι καὶ παρολιγωρεῖσθαι, ut Longinus meus ait ſect. XXXIII. Et tamen, inquit noſter, hæ minutiæ nobis affatim ſudoris exprimunt, qui jam a prima adoleſcentia ſtudiis innutriti ſumus ſacrarum iſtarum commentationum ac ſermonum. Quid igitur αὐθημεροὶ doctores, heri magiſtri, hodie diſcipuli, illos adhuc abditiſſimæ ſapientiæ magiſtros Apoſtolos, velut imperitos eloquii, ad velandam inſcitiam & balbutiem veſtram in exemplum afferre ſuſtinetis?

234. Λόγος τοσοῦτος] vilis ille, &, ut vos vultis, τὸν ἰδιώτην εἶναι παραξύων ſermo tantum nobis exhibet negotii, tantum exprimit commentationum, ac interpretationum, ut omnia his ferme referta ſcateant. Mox lego: Ὡς πάντα πλήρη τυγχ.

238. Πό-

Quod aliud nihil eſt, quam decipula, meræque pedicæ.
Sum pictor, qui pulchras formas in exprimenda
Vitiligine, vel rimis imitari poteſt.
Quin tu potius pulchritudinem totam exprimis, vel prorſus artem pingendi omittis. (doctrinæ voces,
Etiam hoc mihi declarato, qui fiat, ut tu rudes & imperitos
Quorum tot exſtant libri atque ſcripta,
De quibus vel exiguum quiddam, quod abditum ſit, nos quoque vix intelligere magno labore poſſumus,
Ceteroqui doctrinis a prima ætate innutriti?
Quos quidem in libros tantum commentamur & ſcribimus,
Ut lucubrationibus omnia plena ſint,
Quæ omnibus in linguis, & ab omnibus intelligentia mentis acriore præditis (ſint elaboratæ.
Quæ fructum peculiarem habet, enarrationum ſublimitatem,
Qui factum, ut reges, civitates, cœtus hominum,
Accuſatores ſuos, magna dicendi facultate valentes,
Ante tribunalia, & mediis in theatris,
Homines item ſapientes, legum peritos, Græcos ſupercilia inſigniter attollentes, (ferendo,
Concionando, commodeque & opportune doctrinam pro-
Perſuaſerint, ſummaque docendi libertate convicerint:
Niſi fateamur eos doctrina præditos fuiſſe? quod tu tamen haudquaquam vis concedere.
Fortaſſe dices, id factum auxilio, nutuque S. Spiritus.
Vere dicis: at mihi deinceps hoc conſidera,
Num tu S. Spiritus non es particeps? Atqui maxime
Hoc

238. Πλῆθη βασιλεῖς] Agrippam & Beronicen hic videtur denotare; ſicut & cetera omnia ex Apoſtoli Pauli hiſtoria petita videntur, ut de civitate, Iconio, Act. XIV: de concilio Phariſ. & Sadducæor. Act. XXIII: item de Tertullo Oratore c. XXIV, de tribunali Gallionis c. XVIII, de theatro Epheſiorum, c XIX, de Philoſophis, & Areopago Athen. cap. XVII.

241. Ἕλληνας ὀφρυωμένους] Secularis ſcientiæ & eloquentiæ faſtu turgidos. Inprimis hic Stoïcos notat, qui Paulum Athenis tamquam nugatorem una cum Epicureis explodebant, deridebantque, Actor. XVII, 18. Nota vero Stoicorum arrogantia eſt, alios omnes Philoſophos præ ſe contemnentium: quos rurſum egregie deridet in Satyris Horatius, multoque etiam facetiſſime Ciceto in orat. pro Muræna c. XXIX, & ſeqq. De *ſupercilio* vero Philoſophico, quippe re pervulgatiſſima, nil eſt, quod addam amplius; ne & illos offendam, quos ἐκ ἂν ἰδεῖν κάτω βλέποντας, τὰς δ' ὀφρῦς ἔχοντας ἐπάνω τῆς κορυφῆς, ἀποπνίγομαι, ut Alexis ait apud Athenæum l. VI.

242. Δημηγοροῦντας] Interpres & hoc, & ſequens vocabulum nominativo caſu legiſſe videtur, δημηγοροῦντες, ἐνσεμνοῦντες. Nec id mihi diſplicet. Nolui tamen quidquam contra codicis fidem immutare.

245. Ἐν ῥοῇ] alii, ἐν ῥοπῇ. Utrumque defendi poteſt, ſed illud tamen alibi etiam uſurpat.

251. Καὶ

Τούτῳ μάλιστα· πῶς φθονεῖς οὖν τοῦ λόγου
Τοῖς τοῦτον ἐκζητοῦσιν; ἀλλ' ἤτοι μάτην
Δίδωσι σὺ τοῦτο τῇ φύσει τοῦ πνεύματος,
Καὶ τοῖς δικαίοις, τοῖς μὲν, ἐμπνεῖν τὸν λόγον,
Τοῖς δ' ἐμπνέεσθαι, ἢ πεφύκασιν σοφοί.
Οὕτως ἀφύκτως ἐνδέῃ τοῖς σοῖς λόγοις,
Ὦ ταῦτα λαλῶν σύγε προθύμως, καὶ μόνον,
Ἃ μὴ λαλεῖσθαι κρεῖσσον, ἀλλ' ἔνδον μύειν.
Ἄφωνον οἶδα πνεῦμα τῶν ἐναντίων.
Καὶ τοῦτο σιγᾷν κρεῖσσον, ἢ λαλεῖν κακῶς.
Τῶν μὲν λύοις τὴν γλῶσσαν, ὦ θεοῦ λόγε,
Ὅσοι λαλοῦσιν ἔνδικα, τῶν δὲ καὶ βάρει,
Ὅσοι φυσῶσιν ἀσπίδων συρίγματα,
Πέμπουσί τ' ἰὸν ἔνδοθεν ἀδελφοκτόνον.
Οὕτω μὲν οὖν σύ· τίς δ' ἀπαιδεύτου λόγος
Ἄλλος γένοιτ' ἄν; ὡς δὲ τ' ἀληθὲς ἔχει,
Φρονεῖν τ' ἄμεινον, συντόμως ἐγὼ φράσω.
Ἦσαν ποτ', ἦσαν εὐμαθεῖς, εἴπερ τινες,
Οὐκ εὐμαθεῖς δὲ τὸν εὐπρεπῆ πάντες λόγον.
Ἔχει γὰρ οὕτως· διπλὸς ἡμῖν πᾶς λόγος,
Λέξεις τε, καὶ νοῦς· αἱ μὲν, οἷον ἔκτοθεν
Ἔσθημ', ὁ δ' ἔνδον σῶμα ἠμφιεσμένον.
Καὶ τοῖς μὲν ἄμφω καλὰ, τοῖς δὲ θάτερον,
Ἢ αἰσχρὸν αὖθις, ὡς μάθησις, ἢ φύσις.
Ἡμῖν δὲ, τοῦ μὲν ἐκτὸς οὐ πολὺς λόγος,
Ὅπως ποτ' ἔχει, τοῦ δ' ἔσω λίαν πολύς.
Ἐν νῷ γάρ ἐστιν ἡμῖν ἡ σωτηρία,
Πλὴν ἐκλαλουμένῳ τε, καὶ δηλουμένῳ.

Πηγῆς

251. *Καὶ δικαίοις*] Interpres *Apoſtolos* vertit. Mox pro ἢ πεφύκασι legit, ἢ πεφ. *vel neceſſe eſt, fatearis eos fuiſſe doctos.* Alias, ſi ᾗ rectius videbitur, vertendum: *unde docti, ſive ſapientes fuiſſe viſi ſunt.*

255. Ἃ μὴ λαλεῖσθαι] calumnias, ſcilicet, quibus ſanctiſſimos viros impetis, quum eos inſcitiæ arguis, qua ipſe plenus es: qui, ut puteris ſapere, cælum vituperas.

256 Ἄφωνον οἶδα πνεῦμα] reſpicit hic ad illum, cui Chriſtus ejecto malo ſpiritu loquelam reddidit, Matth. IX. 32. 33.

260. Ἀσπίδων συρίγματα] venena linguarum maledicarum mortifera. Maximum hic notat, de quo Carm. ad invidos:

Τὸ πλῆρες ἰοῦ θηρίον, τὸ τοῦ φθόνου
Δεινόντι καὶ φελκῶδες ἐργαστήριον,

ut & Epiſcopos ceteros ſibi invidentes, de quorum calumniis ſæpius queritur.

265 Ἦσαν ποτ' ἦσαν] ut, ἦσάν ποτ', ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

Ibid. Εὐμαθεῖς] fuere olim cum Prophetæ, tum Apoſtoli, ſi qui umquam alii, eruditi, & omni doctrina ſacra imbuti; at non omnes eadem facundia præditi; non omnes illa eloquen-

Hoc ipſo te effers. Cur igitur illis doctrinam invides,
Qui eam inquirunt? Enimvero vel fruſtra
Tu naturæ id ipſum ſpiritus tribuis,
Quod ipſe quidem doctrinam Apoſtolis inſpiraverit,
Apoſtoli vero inſpiratam acceperint: vel neceſſe eſt fatearis, eos fuiſſe doctos.
Sic inevitabiliter per tuaſmet rationes implicaris,
Qui alacriter hæc, & ſola quidem garrire potes,
Quæ potius non efferres, ſed intra te contineres.
Agnoſco equidem ſpiritum mutum, verum adverſariorum.
Quem tacere præſtat, quam male loqui.
At enim illorum ſolve linguam, ô Dei ſermo,
Qui juſta rectaque proferunt: horum autem linguam obſtrue gravatam pondere nimio,
Quicumque ſibilos aſpidum edunt,
Et per eos immittunt virus, quo fratres ſuos perimunt.
Atque hæc quidem eſt ſententia tua. Et quo pacto queat aliter
Loqui homo rudis ac imperitus? Ut autem vere ſe res habeat,
Et qui rectius ſentiendum ſit, equidem breviter exponam.
Erant, ſi umquam alias, olim quidem erant ingenioſi homines,
Non tamen omnes in eloquentia conveniente ac præclara.
Sic enim res comparata eſt. Duplex eſt omnis oratio:
Nam & verba continet, & mentem: quorum illa quidem ſunt velut externus
Amictus quidam; hæc vero internum eſt aliquid, ſimile corpori, quod amictu veſtitur.
Et his quidem ambo vel bona, vel mala ſunt: illis alterutrum,
Pro ratione naturæ, aut inſtitutionis.
Nos externa non magni facimus,
Quocunque tandem modo affecta ſint: internum vero quod eſt, magnopere amplectimur.
Nam in mente nobis ſita ſalus eſt:
Ita tamen, ut ea per ſermonem efferatur, & indicetur.

Quæ-

eloquentia ſeculari, qua cenſentur oratores, pariter exornati.

267. *Διττὸς ἡμῖν ὁ λόγος*] *προφορικὸς καὶ ἐνδιάθετος.*

269. *Ἔσθημα*] ita fere Cicero, & Quintilianus. Sic Syneſius de Providentia *mentem verbis amiciri* ait, *ut corpus veſtimentis.*

271. *Ἢ αἰσχρὸν αὖθις*] lege, *Ἔσ᾽ αἰσχρὸν αὖθις.*

272. *Τῶ μὲν ἐκτὸς*] *λόγου τοῦ προφορικοῦ*, orationis, non adeo magna apud nos eſt cura: at *τοῦ ἔσω, τοῦ ἐνδιαθέτου*, longe alia ratio eſt. Mentem enim, ſeu ſapientiam, maximi facimus.

275 *Πλὴν ἐκλαλουμένῳ*] *Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.*

276. Πλ-

Πηγῆς τί κέρδος ἐστὶν ἐμπεφραγμένης;
Τί δ' ἡλιακῆς ἀκτῖνος, ἣν κρύπτει νέφος;
Τοιοῦτόν ἐστι νοῦς σοφὸς σιγώμενος,
Οἷον ῥόδου τὸ κάλλος· εἰ κάλυξ σκέπει,
Οὐκ εὐπρεπὲς τὸ πρέπον· ἐκφαίνει δ', ὅπου
Αὔραις ῥαγεῖσα τὸν τόκον θεατρίζῃ.
Εἰ δ' ἦν τὸ κάλλος ἐσκεπασμένον,
Οὐδ' ἄν τις ἦρος ἦν χάρις τοῦ τιμίου.
Οὐδὲν πλέον ζητοῦμεν, ὡς οὕτω λαλεῖν,
Ὡς οἱ δοκοῦσιν εὐτελεῖς τὰ τοῦ λόγου.
Εἰ δ' οὖν, παρείσῃ τὰς ἐκείνων ἐμφάσεις.
Αὐγῆς ποθῶ τι καὶ μέρος τῆς σῆς λαβεῖν.
Εἰ μὲν γὰρ οὐδέν εἰσιν οἱ γεγραμμένοι
Λόγοι, τοσοῦτον πῶς ἐπαιζόμην χρόνον;
Ἢ πῶς θαλάσσης ψάμμον ἠρίθμουν μάτην,
Νύκτας συνάπτων ἡμέραις ἐν τοῖς πόνοις,
Ὡς ἄν τις ἔλθοι εἰς γε ῥυτίδας λόγος;
Εἰ δ' εἰσίν, ὥσπερ εἰσίν, εὖ γεγραμμένοι,
Μὴ δῷς ἀράχναις τῶν δικαίων τοὺς πόνους·
Πέζευέ μοι τὴν λέξιν, ἀγροικοτόμει.
Οὐδὲν διοίσομ'· οἶδα καὶ βαίνειν κάτω.
Αὐτὴ τράπεζα πολλάκις μοι φιλτέρα
Τῆς ὀψοποιῶν χερσὶν ἐξησκημένης.
Ἔθης δ' ὁμοίως· ὡς δὲ κάλλος εὐπρεπές,
Οὐχ' ὃ γράφουσι χεῖρες, ἡ φύσις δ' ἔχει.
Ὁ νοῦς ἀνείτω, καὶ τόδ' ἡμῖν ἀρκείσθω.
Οὐδὲν τὸ κομψὸν, τοῖς θέλουσι δώσομεν.
Μή μοι τὰ Σέξτου, μηδὲ Πύρρωνος πλέκε,

Χρύ-

276. Πηγῆς τί κέρδος] Vid. Senecam Epiſt. VI. Theophyl. Simocatus hujuſmodi homines agricolis comparat, agros ubere frugum copia florentes poſſidentibus, ſed qui nihil metant. Habet & nonnulla in hanc ſententiam Stobæus p. 225, & Theognis v. 767.

281. Θεατρίζῃ] quum *in calathum funditur orbis, & tota rubentium foliorum panditur ambitione*, ut ait D. Hieron. ad Pammachium.

285. Ὅσοι δοκοῦσιν] emendandum judicavi, ὡς οἱ δοκοῦσιν.

286. Ἐμφάσεις] id eſt, præſta tu mihi modo illorum, quam præteris, illuminandi animi divinam facultatem, qua velut cæleſtes radios mentibus noſtris immittunt. Vide notata ad Carm. v, 8.

290. Θαλάσσης ψάμμον] v. Adagiographos.

294. Μὴ δῷς ἀράχναις] i. ne ita deſpicias eorum ſcripta, & contemnas, ut quaſi pulvere & ſitu digna videantur: ſicut illa, quæ neglecta aranearum telis oppleri ſolent. Notum illud: *Nam tui Catulli Plenus ſacculus eſt aranearum.*

295. *Πέζευε*] utere humi ſerpente ſtilo; non exigo a te ſublimem elatamque facundiam.

Ibid. Ἀγροικοτόμει] Caſſiodorus l. 1. variar. in

Quænam utilitas eſt fontis obſtructi?
Quæ radii ſolaris, a nube ſi tegatur?
Tale ſcilicet quiddam eſt, mens ſilentio tecta,
Quale roſa, cujus venuſtatem folliculus
Non admodum elegans occultat: profert autem jucundiſſimam adſpectu pulchritudinem ſuam,
Quum fœtus ejus auris adapertus oculis intuendus exponitur.
Quod ſi venuſtas ejus ſemper tecta maneret,
Nulla veris amœni eſſet gratia.
Nihil requirimus amplius, quam ut eorum more loquare,
Qui ſimplices in doctrina videntur eſſe.
Saltem exhibe nobis illorum radios:
Nam cupio ſplendoris tui partem aliquam conſequi.
Quod ſi libri ſcripti nihil ſunt,
Quamobrem mihi tam diuturno tempore ſum paſſus illudi?
Cur abſque fructu maris arenam numeravi?
Quum quidem noctes in laborando cum diebus conjungerem,
Ut ſaltem in ipſis rugis doctrinam aliquam adipiſcerer.
Sin recte præclareque ſcripti ſunt, ut ſunt,
Noli tam egregios ſanctorum virorum labores araneis dare.
Quod orationem attinet, pedes eſto; ruſticoque dicendi genere & imperito utitor. (novi.
Nequaquam idcirco diſſidebimus. Etiam ipſe me demittere
Tenuis menſa ſæpenumero mihi gratior eſt ea,
Quæ cupediariorum manibus eſt inſtructa.
Idem de veſte judico. Sic & pulchritudo inſignis ac decens eſt,
Non quam pingunt manus, ſed quæ ipſa eſt a natura profecta.
Mentem quis habeat: & ſatisfaciet nobis,
Nihil argutum, & elegans requirimus: potius id concedimus aliis hac in parte ſtudioſis.
Noli mihi Sexti ac Pyrrhonis more tuas orationes nectere:
Valeat

in Præfat. *Dictio ſemper agreſtis eſt, quæ aut ſenſibus electis per moram non comitur, aut verborum minime proprietatibus explicatur.*

299. Κάλλος εὐχροιῆς] malim, ὡς τὸ κάλλους εὐχροιῆς. Cicero in perf. Oratore, c. XXIII: *Fucati medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur, elegantia modo & munditia remanebit.* Plura videſis apud Quintilianum & Auctorem Dial. de cauſis corr. eloq.

301. Ὁ νοῦς ἀνείτω] mens aſſurgat: hæc alta, hæc ſapientia exculta ſit, non exteriore verborum ſpecie exornata: & hoc nobis ſufficiet. Interpres vertit, *mentem quis habeat*; ac ſi legiſſet, ὁ νοῦς παρέστω: vel potius, ὁ νοῦς ἂν ἴσω.

303. Μηδέ μοι τὰ Σέξτου] graviſſima eſt Gregorii noſtri querela orat. in Athanaſium de iis, qui obſcuras illas ſubtiliter diſputandi artes in eccleſiam invehebant. Ἦν, inquit, ὅτι ἤκμασε τὰ ἡμέτερα, καὶ καλῶς εἶχεν· ἡνίκα τὸ μὲν περιττὸν τοῦτο, καὶ κατεσ[λ]αττισμένον τῆς Θεολογίας,

Χρύσιππος ἔῤῥῃ, μακρὰν ὁ Σταγειρίτης.
Μηδὲ Πλάτωνος στέργε τὴν εὐγλωττίαν.
Ῥίψον τὸ κάλλος, ἂν τὰ δόγματ' ἀποστρέφῃ.
Ἐμφιλοσόφει τῇ εὐτελείᾳ τοῦ λόγου.
Ἡμῖν ἀρέσκεις, κἂν ἀπαιδεύτως λαλῇς.
Δίδαξον ἡμᾶς ὡς θέλεις, δίδασκε δέ,
Τίς ἡ τριάς μοι, πῶς ἑνίζεται θεός,
Καὶ τέμνετ' αὖθις, ἓν σέβας, φύσις μία,
Μονάς, τριάς τε, ἀγγέλων δὲ τίς φύσις,
Κόσμου τε δίοδος, καὶ προνοίας ἐνδίκου,
Κἂν πολλὰ μὴ δίκαια τοῖς πλείστοις δοκῇ.
Ψυχῆς τε, σώματός τε τίς λογός, νόμων
Πρώτου τε, δευτέρου τε, σάρκωσις δὲ τίς
Τοῦ καὶ νοητῶν πλεῖστον ἐξεστηκότος;
Καὶ τῶν ἀνίσων μίξις εἰς δόξαν μίαν;
Νέκρωσις εἰς ἔγερσιν, οὐρανὸς πάλιν,
Ἀνάστασις δέ, καὶ κρίσις τίνος λόγου;
Ἢ τίς δικαίοις, τίς δ' ἁμαρτωλοῖς βίος,
Πῶς ῥεῖ τὰ πάντα, φάσκε μοι, πῶς δ' ἵσταται,
Εἴ σοί τι τούτων ἐτρανώθη πνεύματι,
Τὸ σύμπαν, εἴτε καὶ μέσως, εἴτ' ἐνδεῶς,
Ὅσον κεχώρηχ' ἡ κάθαρσις σῆς φρενός.
Μή με στερήσῃς· εἰ δὲ πάντῃ τυφλὸς εἶ,

Τί

γίας, καὶ ἔντεχνον οὐδὲ πάροδον εἶχεν εἰς τὰς θείας αὐλάς· ἀλλὰ ταυτὸν ἦν ψήφοις τι παίζειν, τὴν ὄψιν κλεπτούσαις τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως, ἢ κατορχεῖσθαι τῶν θεατῶν παντοίοις καὶ ἀνδρογύνοις λυγίσμασι, καὶ περὶ θεοῦ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον, καὶ περίεργον. Τὸ δὲ ἁπλοῦν τε καὶ εὐγενὲς τοῦ λόγου εὐσέβεια ἐνομίζετο· ἀφ' οὗ δὲ Σέξτοι καὶ Πύῤῥωνες, καὶ ἡ ἀντίθετος γλῶσσα ὥσπερ τι νόσημα δεινὸν καὶ κακόηθες ταῖς ἐκκλησίαις ἡμῶν εἰσεφθάρη, καὶ ἡ φλυαρία παίδευσις ἔδοξε, &c. ὢ, τίς Ἱερεμίας ὀδύρηται τὴν ἡμετέραν σύγχυσιν καὶ σκοτομίαν;

Ibid. Σέξτου] Empirici, qui Pyrrhonias nobis reliquit Hypotheſes, Pyrrhonis πλοκὰς continentes.

307. Ἐμφιλοσόφει] non vidit vim vocis interpres. Verte igitur: *Pondera rerum trade tenui licet ſermone*: id eſt, tracta mihi res alta ſpeculatione perveſtigandas, cujuſmodi ſunt præcipua & obſcuriſſima Theologiæ, ſeu Philoſophiæ ſacræ, myſteria; ſive ea, quæ poſtpaulo memorat, dogmata.

308 Ἡμῖν ἀρέσκεις] egregia in hanc ſententiam epiſtola Senecæ eſt LXXV: ubi inter cetera: *Non mehercules jejuna eſſe & arida volo, quæ de rebus tam magnis dicentur. Neque enim ingenio Philoſophia renuntiat: multum tamen operæ impendi verbis non oportet. Non delectent verba noſtra, ſed proſint. Si tamen contingere eloquentia non ſollicito poteſt, aut ſi parata eſt, aut parvo conſtat, adſit, & res pulcherrimas proſequatur.*

310. Τίς ἡ τριάς μοι] cujus defenſione contra Arium & Apollinariſtas unice & jure ſe noſter jactat: qua de re multa carm. 1, *de vita ſua*: & paſſim ad faſtidium uſque. Hic enim, uti dixi, eſt noſtri Ciceronis conſulatus. Videtur autem Gregorius oſtendere hic velle, quantum inter illum, quem hic tangit, Maximum, atque ipſum interſit diſcriminis, quum ille nihil, ipſe præclara illa Arcanorum de Deo &c. Carmina & Orationes ediderit.

311. Καὶ τέμνετ' αὖθις] duriſſima, fateor, hæc

Valeat Chryſippus. Longe abs te Stagirenſem illum ablegato.
Noli facundiæ Platonis ſtudioſus eſſe.
Rejice venuſtatem orationis eorum, a quorum decretis ac doctrinis abhorres.
Saltem mihi diligenter in doctrina ſimplici verſare.
Magnopere nobis acceptus es, etiamſi rudi & impolito genere ſermonis utaris.
Doce nos, ut voles, modo doceas,
Quæ mea ſit Trinitas: quo pacto Deus uniatur, (natura,
Ac rurſum diſtinguatur; quippe qui unum ſit numen, unaque
Trinitas & Vnitas. Quæ natura ſit angelorum:
Mundique duplicis: quæ juſtæ providentiæ ratio; (re.
Tametſi multa non juſta, nec æqua pleriſque videantur eveni-
Quæ item ſit animi, corporiſque ratio: quæ legum,
Primæ, ſecundæque: quid ejus incarnatio,
Qui omnes intellectiles res plurimum ſuperat,
Et quid inæqualium naturarum in unam gloriam miſtio?
Mors ad reſurrectionem, rurſumque cælum;
Quæ reſurrectionis & judicii ratio?
Quæ futura ſit juſtorum; quæ peccatorum vita: (ſint?
Qui fluxa ſint omnia, declarato mihi, & ubi tandem ſtatuta
Quod ſi quid horum a ſpiritu perſpicue tibi patefactum eſt,
Sive adeo totum, ſive mediocriter, ſive infra ipſam quoque mediocritatem;
Quantum videlicet mentis tuæ purgatio capere potuit;
Noli me quidquam celare. Sin es omnino cæcus,

Quam-

hæc mihi viſa de Deo loquendi formula. Attamen ſic & alibi, ut Carm. Jamb. XXIII:

Οἱ τὸν Θεόν μου τὸν μέγαν
Οὐκ ἐνδίκως τιμῶσι
Τιμῶσιν· οἱ μοι τὴν μίαν
Πάντων ὑπερβολὴν
Ἄνω τιθέντες, καὶ μόνον,
Κάτω τε τὸ τρίτον.
Τιμῶσι δ' ὡς Θεόν μου, καὶ
Θεοῦ μέγαν βροτὸν
Ἄνω τιθέντες, ὡς ἄνω
Ἀδὰμ πεπλακότος.

& carm. in Apollinarium:

Ὁ τοῖς τιμῶσι τὴν θεότητα δυσφορῶν
Οὐ καὶ σὺ τιμῶν τοῦ Θεοῦ τὸ σύνθετον;

quam pauci de Deo Deo digna loquuntur!

312. Ἀγγέλων δ' ἥτις φύσις] vide carmen Arcanor. VI.

313. Κόσμου τε δισσοῦ] v. Arcanorum Carmen IV.

Ibid. Προνοίας ἐνδίκου] vid. Carmen Arcan. V. & Jambicor. II.

314. Κἂν πολλὰ μὴ δίκαια] ſic Carm. Jamb. II.

Ἡμῖν δ' ἄγει μὲν εἷς Θεὸς, τὸ πᾶν τόδε
Σοφῶς ἑλίσσων καὶ πλέκων, ὡς ἂν θέλῃ.
Τοῖς αὐτὸς αὐτοῦ νεύμασί τε καὶ λόγοις,
Κἂν μὴ τὰ πάντα δεξιῶς στρέφειν δοκῇ.
Πολλά γε μὴν κάμνουσι τῶν σοφωτάτων, &c.

315. Ψυχῆς] vide Carm VII.

Ibid. Νόμων] vide Carmen VIII.

316. Σάρκωσις] de qua carmen eſt Jambicum adverſus Apollinarium, p. 247.

321. Ἡ τῶν δικαίων] vid. Carm. Jamb. XIX.

326. Μή με στερήσεις] melius, στερήσῃς.

Τί χειραγωγεῖς μὴ βλέπων; ὦ τοῦ σκότους
Τῷ μὴ βλέποντι χρωμένων διδασκάλῳ,
Ὡς εἰς βόθρον πέπτωσι ἀγνοίας ἅμα!
Οὗτοι μὲν οὕτως· οἱ δὲ, καὶ ἧσσον κακοί.
Ἄγνοια γὰρ κακὸν μὲν, ἀλλ' ἧσσον κακόν.
Τί δ' ἄν τις εἴποι καὶ κακῶν μεμνημένος;
Εἰσὶν γὰρ, εἰσὶν ἀθλιώτεροί τινες,
Δύστην', ἀπευκτὰ τοῦ βίου κυβεύματα,
Τὴν πίστιν ἀμφιδέξιοι, καιρῶν νόμους,
Οὐ τοὺς θεοῦ σέβοντες, εὔριποι λόγων
Παλιρροοῦντες, ἢ κλάδων μετακλίσεις,
Θῶπες γυναικῶν, τερπνὰ δηλητήρια,
Μικροῖς λέοντες, τοῖς κρατοῦσι δ' αὖ κύνες,
Πάσης τραπέζης εὐφυεῖς ἰχνεύμονες,

Θύρας

327. Τί χειραγωγεῖς] Notum adagium, *cæcus cæcum ducis*. Matth. XXIII, 16.

328. Τῷ μὴ βλέποντι] al. βλεπόντων διδασκάλων.

331. Ἄγνοια] & hunc verſum e noſtro Codice addidimus, quem Leunclavius in ſuo deſideravit.

334. Τοῦ βίου κυβεύματα] Teſſerarum in hac vita jactus: qui perquam varii & inconſtantes ſunt, διὰ τὸ ἄστροφον, non ſecus ac fortuna domina. Martialis in Apophoretis: *Cum ſteterit nullus vultu tibi talus eodem*. Carm. VI:

Οἱ δ' ἄλλοι πεσσοῖσιν ἐοικότες ἔνθα καὶ ἔνθα
Πίπτουσιν, πεσσῶν τε κυλίζωσι τέρψιν ἔχουσιν.

At orat. XXXIII, κυβιστὰς λόγων αὐτοὺς καὶ παραδόξους appellat hæreticos volubili lingua diſertos, ut hi ſententiis mutabiles: quam vocem pro κυβευτὰς interpres non recte accepit. Κυβιστὴς enim eſt, qui ſe in caput præcipitem dat, ut delphines in mari ſolent. Vid infra v. 396.

335. Τὴν πίστιν ἀμφιδέξιοι] ἀμφιδέξιοι ſunt, qui utraque manu æque bene ac celeriter utuntur. Dicuntur & ancipites in ſententia, conſiliis, & vita. Gregorius hic de Epiſcopis illis loquitur, qui inter Arianos & Catholicos medii, utrique parti pro temporum ratione ſe venditabant. Carm. *de vita ſua* Chamæleontes illos appellat.

Χαμαιλέοντας, καὶ τρόπων πολυχρόων,
Πολλὰς τιθέντες τοῖς λόγοις ἀεὶ χρόας.

& ἀμφιδέξους, ubi de Nicæna fidei profeſſione:

Ταύτης ἰόντων ἀλμυραῖς ἐπιρροαῖς
Τῶν ἀμφιδόξων ἀθλίως θολουμένην,
Οἳ ταῦτα δοξάζουσιν, οἷς χαίρει κράτος·
Μέσοι μὲν ὄντες· ἀσφαλέστεροι δ', εἰ μέσοι
Καὶ μὴ προδήλως κλίνοιεν ἐναντίως.

Ibid. Καιρῶν νόμους, &c.] temporarii, qui, quo fortuna vultum vertit, inclinant. Sic Carm. IX:

Πολλοὶ γὰρ καιροῖσιν ἐπιρρεπέες ἦτορ ἔχουσιν.

& Carm. *de vita ſua* Epiſcopos dicentes inducit:

Δουλεύομεν καιροῖς τε καὶ λαῶν πόθοις.
Ἀεὶ διδόντες τὸ πνέοντι τὸ σκάφος.

item ibid.

Δοῦλα καιρῷ γάρ φασι τὰ πάντα.

Vide & Carm. XII.

336 Εὔριποι λόγων] hoc nomine etiam & hi, & ipſi auditores orat. XXXII inſigniuntur; ubi ita de his loquitur. Σήμερον σύνθρονοι καὶ ὁμόδοξοι, ἂν οὕτω φέρωσιν ἡμᾶς οἱ ἄγοντες· αὔριον ἀντίθρονοι καὶ ἀντίδοξοι, ἐὰν ἀντιπνεύσῃ τὸ πνεῦμα· μετὰ τῆς ἔχθρας καὶ τῆς φιλίας καὶ τὰ ὀνόματα. καὶ τὸ δεινότατον, οὐκ αἰσχυνόμεθα τοῖς αὐτοῖς χρώμενοι τῶν ἐναντίων ἀκροαταῖς, οὐδὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν βεβηκότες, ἄλλοτε ἄλλους ποιούσης ἡμᾶς τῆς φιλονεικίας, εὐρίπων μεταβολαί τινες, ἢ ἀμπώτιδες.

Ibid. Εὔριποι λόγων] notum in inconſtantes adagium. De Euripo noſter Carm. III:

Εὐβοίης δ' ἄρ' ὄπωπα θοροῦντα πόρον, τὸν ἐπίφραστον
Πορθμὸν ἁλὸς κληῖδα, παλιστρόφοισι ῥεέθροις
Μαινόμενον· πόντος δὲ ῥέει, καὶ ῥεῖθρον ἄνεισιν.
Ὠκεανὸς δ' ὃν ἔλασ' ἀπὸ χθονὸς, οὔτ' ἐπὶ χέρσον
Ἔρχετ' ἐπεσσυμένοισι μεταπίπτων ῥοθίοισι.

337. Κλάδων μετακλίσεις] i. qui tam facile ab omni fortuna, quam rami a ventis, moventur

Quamobrem alios quaſi manu ducis, ipſe nihil cernens? ô
inſignem caliginem
Illorum, qui nihil videntes opera tua ſeu doctoris utuntur,
Ut ſimul utrique cadant in foveam ignorationis! (ſunt.
Sic quorundam ſcilicet comparatæ res ſunt. Alii minus malum
Ignorantia namque malum quidem eſt, ſed minus malum eſt.
Quid autem dicat aliquis, ſi malorum mentionem faciat?
Sunt enim, ſunt infeliciores quidam
Miſera & abominanda vitæ ludibria, (porum,
Quod fidem attinet, in utramque partem parati, colentes tem-
Non Dei leges, Euripi doctrinæ,
Hinc inde fluctuantes; ramorum flexus,
Adulatores, dulcia mulierum venena,
Parvis leones, at rerum potientibus canes,
Cujuſlibet menſæ ingenioſi perveſtigatores:

Poten-

ventur. Carm. x:

Κλινόστροφοι καιροῖσι, δόνακες πολύκαμπτοι ἀήταις.

338. Θῶπες γυναικῶν] nulla hiſce facilior & paratior ad inflammandam Eccleſiam materies, jam ipſis Apoſtolis notata, & graviter perſtricta. Ita *Simon magus hæreſim condidit Helenæ meretricis adjutus auxilio. Nicolaus Antiochenus, omnium immunditiarum repertor, choros duxit femineos. Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos præpararet. Apelles Philomenen ſuarum comitem habuit doctrinarum. Montanus immundi ſpiritus prædicator, multas eccleſias per Priſcam & Maximillam, nobiles & opulentas feminas, primum auro corrupit, deinde hæreſi polluit. Arius, ut orbem deciperet, ſororem principis ante decepit. Donatus per Africam, ut infelices quoque fœtentibus pollueret aquis, Lucillæ opibus adjutus eſt. In Hiſpania Agape Elpidium, mulier virum, cæcum cæca duxit in foveam: ſucceſſoremque ſui Priſcillianum habuit Zoroaſtris Magi ſtudioſiſſimum, & ex Mago Epiſcopum: cui juncta Galla non gente, ſed nomine, germanum huc illucque currentem alterius & vicinæ hæreſeos reliquit heredem.* D. Hieron. adverſus Pelagianos: ubi in hanc ſententiam plura. Et, ne vetera atque obſoleta arceſſamus, habuit, habetque hoc ſeculum homines complures hoc ſibi adjumento famam, opes, voluptates, & quid non? parantes. Quare jam non miror alterum ſexum alicubi tantopere amari: nam ab illa ætate ignem quidem, quem οἱ Βασιλικοὶ inter Incredibilia Palæphati referunt, at non hæreſes metuas. Alia Jeſuitarum ratio eſt, qui virtute ſua & pietate ad exemplum Jeſu, Lucæ VIII, 5, non Marias tantum Magdalenas, & Suſannas, & de familia Herodis ſervorum, libertorumve uxores, ſed ipſas Principes ac Reginas ad ſe alliciunt, ex iiſque ſectatrices ſuas faciunt: non opum, non hereditatum, non tacitarum voluptatum, non luxuriæ, non expiſcandorum per ipſas e maritis arcanorum cauſſa, ut maleferiati adverſarii ex invidia jactitant, ſed confirmandæ, tuendæ, augendæ religionis Catholicæ cauſſa. Non tangit tam ſanctos homines tam indigna ſocietate ac nomine Jeſu, quo præter omnes Chriſtianos, ſicut & omni virtutum ſplendore, effulgent, vitiorum adeo abjectorum contagio: ſupra omne convicium, ſupra omnem maledicentiam eorum integritas eſt. Et hinc apparentium illis ſemper matronarum in Collegiorum atriis frequentiſſima ſtatio, *in hoc ſigno* carnis & mundi illecebras, & Diaboli fraudes facile *vincentium*. O terque quaterque beati, beatæque!

Ibid. Τερπνὰ δηλητήρια] adulatores, qui, ut ſimia prolem, quos complectuntur, necant.

339. Μικροῖς λέοντες] Carm. xi:

Θῶπες ὑψιθρόνοισι χθαμαλοί, χθαμαλοῖσι λέοντες.

340. Ἰχνεύμονες] Heſychius: ἰχνευταί, οἱ νῦν ἰχνεύμονες λεγόμενοι. Aliud eſt ichneumon, animalculum Ægyptiacum Crocodilo inimiciſſimum, ejuſque ſomnos explorans. Hic fuit

cœni-

Θύρας κρατούντων ἐκτρίβοντες, οὐ σοφῶν.
Τὸ πρὸς χάριν τιμῶντες, οὐ τὸ συμφέρον,
Ὡς ἂν κακοὺς ποιῶσι καὶ τοὺς πλησίον.
Εἴπω τί τούτων καὶ σοφὸν, κελεύετε;
Ὃς μέν τις εὐγένειαν, ὃς δ' εὐγλωττίαν,
Φανέντες οἴκοι, καὶ πόνων πεπαυμένοι.
Σὲ προσκυνοῦμεν, τῆς πλουτείας ὁδοῦ
Χρήζοντες εὐμενοῦς τε, καὶ ῥᾷστης τυχεῖν.

ſemper ſenſit ſancta mater Eccleſia. Quare noſter Invectiva priore in Julianum apparitione illum Dæmonis perterritum muniſſe ſe ſigno crucis refert. Tum vero ἴσχυσεν ἡ σφραγίς, ἡττῶνται οἱ δαίμονες, λήγουσιν οἱ φόβοι· εἶτα τί; ἀναπνεῖ τὸ κακόν, θρασύνεται πάλιν, αὖθις ὁρμή, καὶ οἱ αὐτοὶ φόβοι, καὶ ἡ σφραγίς πάλιν, καὶ ἠρεμοῦντες οἱ δαίμονες, καὶ ὁ μύστης ἐν ἀπορίᾳ, &c. Et hinc in templis, ubi non modo tam multiplicia, frequentiaque crucis ſignacula

Εἰς τὸν πονηρόν.

Ἄρπασον, ἄρπασον, ἄφθιτέ με
Χειρὸς ἀπ' ἀλλοτρείης.
Μηδ' ἔργοις μογέοιμι κακοῖς,
Καὶ Φαραώ με τρύχοι,
Μηδέ με δουριαλῇ κατέχοι,
Χριστέ, σὸς ἀντίπαλος,
Εἰς Βαβυλῶνα τ' ἄγοι κραναὴν
Ἄγχοι τειρόμενον.
Ἐν νηῷ δὲ μένοιμι τεῷ
Ἔμπεδος, ὑμνοπόλος,
Μηδέ μέ τις πυρόεις Σοδόμων
Ὄμβρος ὕπερθε βάλοι,
Χειρὶ δ' ἐπισκιάοις κρατερῇ
Πήματα πάντ' ἐλάων.

Φαραώ] *Pharao* hic ſpiritualis eſt, uti & mox *Babylon*: quam miror cur κραναὴν appellet, cum tam facilis ad eam ſit aditus.

Εἰς τὴν νόσον.

ἮΝ, ἦν, ὅτ' ἤνθουν. ἀλλὰ νῦν εἰμ' ἄχλοος.
Οὔτε πρὶν ἤνθουν, οὔτε νῦν κατεστάλην.

Αἰθῶ,

Qui me columna ignis & nubis ducat,
Et mare dividat, & flumina verbo ſiſtat;
Ubertimque me cibo cælite & infero nutriat.
Crux manibus ſignata audaciam
Inimici abarceat: nec medio me die
Sirius urat, neque nox terrorem adferat.
Aſperam & difficilem mihi viam
Planam faciat, facilemque tuo famulo.
Ut jam ante perſæpe me dextra tegens
Terra marique periculis eripuiſti,
Morbiſque gravibus, & rebus difficilibus.
Quo feliciter omnibus & pro ſpe
Peractis negotiis proſperum viæ finem
Inveniamus, & ad amicos ac cognatos ſalvi
Revertamur, cupidi cupidos
Domi reviſentes, jam laborum liberi.
Te prece ſupplici quæſumus, ut viam ultimam
Paratam liceat facilemque nanciſci.

ſunt, ſed & *ἡ ἀναίμακτος θυσία* quotidie pluries repetitur, nullus Diabolus, nulla tentatio occurrit. Nullus illic expaveſcendus, ut mox c. XVIII ait, *πυρόεις Σοδόμων ὄμβρος*, *igneus Sodomorum imber*; ne in Italia quidem. Sed omnia tuta, omnia ſacroſancta ſunt, & inviolabilia. Vid. Tertullian. de Corona Mil. c. III, D. Hieron. ad Demetriadem, D. Chryſoſtomum de Cruce, &c.

In Diabolum. Carm. XVIII.

Eripe me, Deus immortalis, eripe me
Ex aliena manu.
Nec pravis afflicter operibus:
Pharao nec me vexet,
Aut tuus me, Chriſte, adverſarius
Manu captum poſſideat,
Ac Babylonem abducat aſperam
Domitum criminibus.
At tua morer in æde,
Perperi te celebrans laude.
Neque me igneus deſuper
Sodomorum quatiat imber.
Manu me ſed valida obumbrans
Cuncta averrunces mala.

In morbum. Carm. XIX.

Fuit, fuit, quum vigui: at nunc exarui.
Neque tunc ſublatus, neque nunc fractus animo ſum.

Ἀνθεῖν, ἀπανθεῖν, ἄλλο. οὐκ ἄλλος δ' ἐγώ.

Ἄλλα.

Ἐξ ἰατρῶν πάρειμι τοῦτο κερδάνας,
Τὸ μή τι, Χριστὲ, σοῦ φέρειν ἀνώτερον.
Παρ' οὗ τὰ πάντα, καὶ τὸ φαρμάκων στένος.

Ἄλλα.

Ἰδοὺ τὰ θερμά. τὴν κολυμβήθραν ἔχω.
Ποῦ δ' ἄγγελός μοι; δεῦρο, φαρμάσσοις ὕδωρ.
Εἰ δ' οὖν, σὺ σῶτερ εἰπὲ, καὶ παγήσομαι.

Ἄλλα.

Πέπληγμ', ἔχω τι κέντρον εἰς θεοῦ φόβον.
Οἶδ' εὖ πεπονθώς. ἀλλ' ἐπίσχες τὴν νόσον.
Εἰ δ' οὐ φίλον σοι. δὸς γε καρτερῶς φέρειν.

Ἄλλα.

Ἐξηπόρημαι, Χριστέ μου. καὶ τί δράσω;
Κριτὴς μὲν εἶ δίκαιος, ἀλλὰ καὶ πρᾶος.
Ποῦ σου τὸ χρηστόν; ἢ μόνοι λελήσμεθα;

Ἄλλα.

Ἔρριψαν, ἔρριψάν με συκόφας Σατάν.
Σὺ δ' ἐκδέδωκας τῷ κακῷ. τίς αἰτία;
Οὐχὶ πάτησιν σκορπίων ἐλπίζομεν;

Ἄλλα.

Τί ταῦτα, Χριστέ; τοὺς κακοὺς αἰσχύνομαι,
Καὶ τοὺς ἀρίστους, οὐκ ἔχων στάσιν κακῶν·
Οἱ μὲν γελῶσι. τοῖς δ' ὀλώλασ' ἐλπίδες.

Ἄλλα.

Καθ' ἡμέραν θνήσκω τε, καὶ λείπω βίον.
Εἰ μὲν δικαίως ὡς κακὸς, ποῦ χρηστότης;
Εἰ δ' οὐ δικαίως, ποῦ ποτ' ἔννομος κρίσις;

Ἄλλα.

Σκοπὸς τέθειμαι πᾶσι, καὶ τοξεύομαι.
Στήπω πόθ' ἡμῖν ὁ φθόνος; στήτω ποτέ.
Χρόνῳ, νόσῳ, κέκμηκα, τοῖς φίλων κακοῖς.
Ἀλλ' οὐ θέλεις; προσιέρχομαι. Δίδου χεῖρα.

Ἄλλα.

5. Τὸ μή τι] rectius Flor. τὸ μή τι. Quam lectionem ſecutus ſum, & expreſſi in interpretatione.

17. Τῷ κακῷ] Flor. μ' εἰς κακόν.
18. Ἐλπίζομεν] vid. Lucæ cap. x, 19.
28. Προσιέρχομαι] Flor. πρός σ' ἔρχομαι.

34. Τὰ

Florere, defloreſcere, diverſa: ego ſed idem ſum.

Aliud.

A medicis hoc fero commodi,
Ut ne quid, Chriſte, te ſuperius exiſtimem:
Unde & omnia, & medicamentorum efficacia eſt.

Aliud.

En calidas. piſcinam jam quidem habeo:
Sed unde mihi angelus? Huc deſcende, & aquas tempera.
Sin minus: verbum, Servator, loquere, & reſtituar.

Aliud.

Percuſſus ſum. Habeo ad timorem Dei ſtimulum.
Agnoſco beneficium. Sed pelle, quæſo, morbum.
Quod ſi diſplicet, fac feram fortiter.

Aliud.

Succumbo malis, Chriſte; & quid faciam?
Juſſus tu quidem judex es: ſed & mitis.
Ubi tua clementia? an vero ſoli negligimur?

Aliud.

Dejecit, dejecit me conciſum Satan.
Tu vero me illi tradidiſti. Quæ ratio?
Numquid non ſcorpiones calcare ſperamus?

Aliud.

Quid hoc, Chriſte? & ad malos erubeſco,
Et ad bonos, nulla cum ſit malorum quies.
Et illi quidem rident: at his ſpes bona periit.

Aliud.

Quotidie morior, & vitam linquo.
Si merito, ut malus, ubi tua clementia eſt?
Sin immerito: ubi tandem juſtum tuum eſt judicium?

Aliud.

Scopus omnibus poſitus ſum; ſagittis impetor.
Ceſſet tandem nobis invidia; tandem ceſſet.
Tempore, morbo deficio, & amicorum malis.
At non vis? Ad te accedo: porrige manum.

Aliud.

Ἄλλα.

Ὄλωλ᾽, ὄλωλα συμφοραῖς. σοὶ δ᾽ ὄλλυμαι.
Σὺ γὰρ θεός μου. σὺ ζόφον λύοις κακῶν
Νεκρῷ πνέοντι μικρὸν, ἢ λυπρὸν βίον.

Ἄλλα.

Τί τῇδε μοχθεῖ τοῖς κακοῖς ἐσφιγμένος,
Φθόνου πάλαισμα, καὶ γέλως τοῖς πλείοσιν;
Ἄλλοις τὰ λαμπρὰ τοῦ βίου, λύσις δ᾽ ἐμοί.

Ἄλλα.

Καλεῖς, καλεῖς με. προστρέχω· δέδοικα δὲ
Τὸ πῦρ, τὸ χάσμα, τὸ ζέσιν τοῦ πλουσίου.
Τίς Ἀβραὰμ δώσει με τοῖς κόλποις φέρων;

Ἄλλα.

Ἦ πολλ᾽ ἀνέτλην ἐν βίῳ· τὰ δ᾽ ἔλπομαι.
Εἰ μ᾽ αὐτόθεν λύσειας, ἀρκεῖ μοι τάδε.
Εἰ δ᾽ οὐ λύσειας, φεῦ βίου, φεῦ ἐξόδου.

Ἄλλα.

Τί με κρατεῖς, δεσμῶτα, τὸν ἐλεύθερον;
Χριστὸς καλεῖ με. Κεῖσο τῇδ᾽ ἐῤῥιμμένος.
Δέχου με, σῶτερ. πλὴν κάθαρσις ἐνδεής.

Ἄλλα.

Τρεῖς λαλείτω, καὶ καταρτίζοι λόγον
Ἄλλος τις, ὥσπερ ἄξιος. θρόνων δ᾽ ἐγὼ
Εἶξα. Θεῷ γὰρ προσλαλῶν οὐ παύσομαι.

34. Τὰ λαμπρὰ] ab interpretibus ſunt illa, quæ in Florentino, & in margine Viennenſis Codicis pro varia lectione exſtant, καλὰ, & τερπνά. Mox in Florentino λύσιν pro λύσις legitur: quod perplacet, ſubintellecto δός. Id eſt, *da aliis vita frui ſplendoribus, mihi vero concede obitum.*

43. Πλὴν κάθαρσις ἐνδεής] pro eo in Florentino erat, μὴ πρὸς τὴν εἰκόνα, *ne tuam prode imaginem.* Verum in margine corre-

Τοῦ Θεολόγου πρὸς τὸ ἀναπνεῖν αὐτὸν τὰ τελευταῖα ῥηθέντα.

Ἄγγελοι αἰγλήεντες ἀπειρέσιοι κατὰ κύκλον
Τετρατοφαοῦς θεότητος, ὃ μὲν σέλας, ἀμφιέποντες,
Γρηγόριον δέξασθ᾽ ἀνάξιον, ἀλλ᾽ ἱερῆα.

Δέξασθ᾽] ita erat in Viennenſi: in Florentino vero δέξασθαι. Malim, δέξασθε, vel δέξεσθε. Quamquam non ignoro infinitivum apud Græcos ſæpe pro imperativo poni.

ΤΕΛΟΣ.

Aliud.

Pereo, pereo malis. Tibi ſed pereo.
Tu namque Deus meus. Tu libera ærumnarum caligine
Mortuum, qui vel tenuem, vel mœſtum ſpiritum trahit.

Aliud.

Quid hic laboro conſtrictus malis,
Invidiæ luctamen, & plurimis ludibrium?
Alii ſplendorem vitæ optent: at ego abitum.

Aliud.

Vocas, vocas me. accurro. Metuo tamen
Ignem, hiatum, ardoremque divitis.
Quis in Abrahami me ſinum vehens deferet?

Aliud.

Permulta ſane in vita pertuli. Alia ſed ſpero,
Quod ſi me his exſolveris, tolerabilia adhuc ſunt.
Quod ſi non exſolveris, hei mihi! quæ vita? hei quis exitus!

Aliud.

Quid me retines, Commentarienſis, qui liber ſum?
Chriſtus me vocat. Iſthic abjectus jace.
Recipe me, Servator: ſed necdum plene purgatus ſum.

Aliud.

Trinitas prædicetur: vices loquendi meas ſuſcipiat
Alius aliquis, qui dignus videbitur. Sede ſed ego
Cedam. Nec ſic tamen cum Deo ceſſabo loqui.

legebatur, ita ut in Codice fuit Viennenſi.

44. Τελὰς λαλείτω] verſus hi Carmini ſexto in MS. ſubjecti erant; verum quod carmina hæc ternis ſingula verſibus conſtarent, huc illos referre ſatius duxi: licet nec hic commodus iis locus ſit. Ceterum Tetraſtichis Jambicis Operum p. 156 in MS. præfixum hoc diſtichon fuit:

Γρηγορίου πόνος εἰμί· τετραστιχίων δὲ φυλάσσω
Γνώμαις πραγματικαῖς, μνημόσυνον σοφίης.

Ultima Theologi verba, quum animam exſpiraret.

Carm. XX.

Angeli fulgentes in immenſo cœli gyro
Trilucidæ Trinitatis, quod meum jubar eſt, miniſtri,
Recipite Gregorium indignum quidem, attamen ſacerdotem.

F I N I S.

[2] ΕΛΕΓΧΟΣ καὶ ΘΡΙΑΜΒΟΣ

[3] Τῆς βλασφήμου καὶ [4] πολυειδοῦς [5] αἱρέσεως τῶν [6] ἀθέων

[7] ΜΑΣΣΑΛΙΑΝΩΝ, τῶν καὶ [8] ΦΟΥΝΔΑΪΤΩΝ, καὶ [9] ΒΟΓΟΜΙΛΩΝ καλουμένων, καὶ [10] ΕΥΧΙΤΩΝ, καὶ [11] ΕΝΘΟΥΣΙΑΣΤΩΝ, καὶ [12] ΕΓΚΡΑΤΗΤΩΝ, καὶ [13] ΜΑΡΚΙΩΝΙΣΤΩΝ.

Τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ μαθητῶν καὶ ἀποστόλων καθαρὸν ἡμῖν τὸ τῆς πίστεως παραδόντος μυστήριον, εἰρηκότος δὲ καὶ ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις πολλοὺς ἐλεύ-

1. Εὐθυμίου] Vixit hic ſcriptor ac floruit initio ſeculi duodecimi, ſub Alexio Comneno, qui anno MCXVIII diem ſuum obiit: ediditque Panopliam adverſus hæreticos præcipue ſui temporis. Congeſſit aliquammulta huc pertinentia Lambecius in Bibliothecæ Cæſareæ deſcriptione, qui reſpici poterit. Eſt & epiſtola hujus Euthymii adverſus Phundagiagitas, ſeu Bogomilos, in Cæſarea Bibliotheca Cod. 213, & 248, cujus hæc eſt inſcriptio: Ἐπιστολὴ Εὐθυμίου Μοναχοῦ τῆς περιβλέπτου μονῆς σταλεῖσα ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῆς εἰρημένης μονῆς πρὸς τὴν αὐτοῦ πατρίδα, στηλιτεύουσα τὰς αἱρέσεις τῶν ἀθεωτάτων καὶ ἀσεβῶν πλάνων τῶν τε Φουνδαγιαγιτῶν, ἤτοι Βογομίλων, καὶ Μασσαλιανῶν λεγομένων, καὶ τὴν τῶν Ἀρμενίων βέβηλον καὶ βδελυρὰν αἵρεσιν, καὶ τὰς λοιπὰς ἀθέσμους καὶ πάνυ βεβήλους αἱρέσεις: *Epiſtola Euthymii Monachi Cœnobii Illuſtris, miſſa Conſtantinopoli, e prædicto Cœnobio ad patriam ſuam, confutans a Deo alieniſſimorum & impiorum ſeductorum Phundagiagitarum, qui & Bogomili, & Maſſaliani appellantur, hæreſes, nec non profanam & abominabilem Armeniorum hæreſin, atque item ceteras id genus alias non minus hiſce impias atque exſecrandas.*

2. Ἔλεγχος &c] Appendix eſt hæc Panopliæ Dogmaticæ Euthymii Zigabeni, hactenus quidem, quod ſciam, nec Græce nec Latine umquam edita, multas tamen ob cauſas editu digniſſima, qua continentur Anathematiſmi XIV contra Maſſalianorum & Bogomilorum hæreſin, & Triumphus de eorundem repreſſione per Imperatorem Alexium Comnenum, cujus juſſu Baſilius hæreſiarcha, profeſſione quidem medicus, habitu autem monachus, in Hippodromo Conſtantinopolitano vivus combuſtus eſt. Medicum illum fuiſſe teſtatur Euthymius in Panoplia his verbis: Βασίλειος ἦν οὗτος ὁ ἰατρὸς, ἀνὴρ ὀλέθριος, μᾶλλον καὶ λοιμὸς, καὶ φθορᾶς μεστὸς, καὶ πάσης κακίας ὄργανον: *Hic Baſilius medicus erat, ſeu mortiferus potius, immo peſtis ipſa, & perniciei plenus, omniſque malitiæ inſtrumentum.* Monachum Anna Comnena ſimulaſſe veſtitu ait lib. XV Alexiados p. 487, edit. Gr. Lat. Pariſ. ubi eum Βασίλειον vocat τὸ ἔνδυμα μοναχόν. Hæc e Lambecio Comm. de Bibliotheca Cæſarea lib. III. p. 170 excerpſimus: uti & paucula alia, quæ ſuo loco ſubjicientur. In alio codice initium hujus Appendicis ita ſe habebat: περὶ τῆς βλασφήμου, &c.

3. Τῆς βλασφήμου] Vox hæc *abominabilem* hic loci ſignificat, & *exſecrandam*: ſicut & apud Epiphanium βλάσφημον πρᾶγμα dicitur, quum feminæ in nomen B. V. ſacris operantur. Pſellus eorum myſteria ὄργια κατάπτυστα καὶ ἐξάγιστα, μήτε Ἕλλην, μήτε βάρβαρος γῆς γινόμενα πώποτε eſſe dicit lib. *de dæmonibus*, adeoque eadem deſcribere μόνης τῆς τοῦ Ἀρχιλόχου βδελυρίας ἔργον εἶναι.

4. Πολυειδοῦς] ob varia, quibus denotatur, nomina, & propagines. Nam & *Martyriani*, ſive *Euphemitæ* his ſe poſtea adjunxerunt, quibus prius adhæſit nomen, quod illos in numerum Martyrum referebant, quos Lupicinus dux ſupplicio affecerat, & extructis, ubi eos ſepeliverant, oratoriis εὔφημα illic, ſive preces & hymnos Deo concinebant: unde Εὐφημῖται dicti. Sic & *Adelphiani*

EUTHYMII ZIGABENI

VICTORIA & TRIUMPHUS

De impia & multiplici exſecrabilium

MASSALIANORUM Secta, qui & PHUNDAÏTÆ & BOGOMILI, nec non EUCHITÆ, ENTHUSIASTÆ, ENCRATITÆ, & MARCIONITÆ appellantur.

Tradidit nobis, Fratres dilectiſſimi, Dominus Deus ac Servator noſter Jeſus Chriſtus per ſanctos diſcipulos ſuos & Apoſtolos, purum ſincerumque fidei myſterium, ac ſimul præmonuit fore, ut in diebus

phiani ex his orti ſunt, ab *Adelphio*, de quo poſtpaulo, denominati. Et hinc mox πολυώνυμοι, & παμμιγεῖς dicuntur. Eſt & in Cod 247. bibl. Cæſ. Recenſio variorum errorum, & capita falſorum dogmatum ejuſdem hæreſeos Maſſalianorum, ubi & *Lampetiani* vocantur. Addit hiſce Epiphanius & *Satanianos*, qui Satanam, ne quid ipſis mali faceret, noceretve, venerabantur: quod & nunc in Africa, Indiaque gentes aliquot barbaræ factitant: ſed hi tum meri gentiles fuere, nihilque ipſis cum Chriſtianis commune fuit. Poſtea tamen omnia confuſa nomina, & ſectæ, Manichæi, Euchitæ, Sataniani, &c. ut e Pſello de Dæmonibus liquet, cujus hæc ſunt verba: Ἔχει μὲν τὸ παλαμναῖον τοῦτο δόγμα παρὰ Μάνεντος τοῦ μανέντος τὰς ἀφορμάς. ἐκεῖθεν μὲν γὰρ αὐτοῖς αἱ πλείους ἀρχαὶ, καθάπερ ἐκ πηγῆς τινὸς δυσώδους ἐρρύησαν. Ἀλλὰ τῷ μὲν ἐπαράτῳ Μάνεντι δύο ὑπετέθησαν τῶν ὄντων ἀρχαὶ, θεῷ θεὸν, δημιουργῷ τῶν ἀγαθῶν αὐτουργὸν κακίας, τῷ ἀγαθῷ ἄρχοντι τῶν οὐρανίων τὸν τῆς κακίας ἄρχοντα τῶν ἐπιγείων πλημμελῶς ἀντιτάττοντι. Εὐχίταις δὲ τούτοις τοῖς κακοδαίμοσι καὶ ἑτέρα τις ἀρχὴ προσελήφθη τρίτη. Πατὴρ γὰρ αὐτοῖς, υἱοί τε δύο, πρεσβύτερος καὶ νεώτερος αἱ ἀρχαί. Ὧν τῷ μὲν πατρὶ τὰ ὑπερκόσμια μόνα. τῷ δὲ νεωτέρῳ τῶν υἱῶν τὰ οὐράνια. Θατέρῳ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν ἐγκοσμίων τὸ κράτος ἀποτετάχασιν· ὃ κατὰ μηδὲν ἐστι τῆς Ἑλληνικῆς μυθολογίας ἀπολειπόμενον, κατὰ τὸ, τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται. (Vide de Trinitate hac Proclum fuſiſſime agentem libr. in Philoſophiam Platonicam.) Ταύτην τὴν σαθρὰν ὑποβάθραν ὑποθέντες οἱ σαθροὶ τὰς φρένας, τὸ μὲν μέχρι ταύτης εἰσὶν ἀλλήλοις ὁμόφρονες. τὸ δ' ἐντεῦθεν τριχῇ ταῖς γνώμαις διέστανται. οἱ μὲν γὰρ τούτων νέμουσιν ἀμφοῖν τοῖν υἱοῖν τὸ σέβας. Κἂν γὰρ πρὸς ἀλλήλους διαφέρεσθαί φασι νῦν, ἀλλ' ὅμως ἄμφω σεβάσιον, ὡς ἐκ πατρὸς ἑνὸς, καταλλαγησομένους ἐπὶ τοῦ μέλλοντος. οἱ δὲ θατέρῳ τῷ νεωτέρῳ λατρεύουσιν, ὡς τῆς ὑπερκειμένης μερίδος κατάρχοντι, τὸν πρεσβύτερον οὐκ ἀτιμάζοντες μὲν, φυλαττόμενοι δ' αὐτὸν ὡς κακοποιῆσαι (ita tum temporis loquebantur Græci pro κακοποιεῖν) δυνάμενον. οἱ δὲ χείρους αὐτῶν τὴν ἀσέβειαν τοῦ μὲν οὐρανίου διϊστῶσιν ἑαυτοὺς ἐπὶ πᾶσαν. αὐτὸν δὲ μόνον τὸν Ἐπίγειον Σατανάκι (pro Σατανᾶν) ἐνστερνίζονται. Ex his ſatis liquere exiſtimo, errare Pſellum, quod Euchitis originem ſectæ a Manete repetat: quum hæ ſectæ initio longe diverſæ fuerint, ſed poſtea in unum confluxerint; ſalva tamen ſententiarum, ſeu dogmatum diverſitate.

5. *Αἱρέσεως*] Prout Epiphanius hanc nobis ſectam deſcribit, eadem eſſe videtur, quæ *Zingarorum*, uti nunc Italis, vel *Ægyptiacorum*, & *Bohemorum*, uti Gallis: vel *Ethnicorum*, & *gentilium*, quemadmodum Belgis appellantur. Germanis autem *Zigainer* nominantur. Horum in Tranſylvania frequens multitudo, imo & ſedes eſt: in Hungaria Peſti e regione Budæ permultos ipſe vidi, qui in iſtis locis ſub pellibus habitant. Ortus hujuſce hæreſeos, &, ut ita loquar, dies natalis in Conſtantii Imperatoris imperii tempora incidit. Hi primum gentiles cum eſſent, ne nomen quidem Chriſtianorum præ ſe ferebant: verum poſt aucta multitudine, & imminente perſecutionis ab ipſis Chriſtianis periculo, (qui jam gentilibus potentia & armis ſuperiores lege eos non Chriſtianæ ta-

lionis viciſſim opprimebant, eo ſpecioſius, quod a falſa illos religione ad veram vi, & ſuppliciis, traducere ſumma pietas videbatur) Chriſti nomen, quo tutiores eſſent, ſibi adoptarunt. Vitæ genus ſectabantur, quod & nunc Zingaris uſitatum. Nihil enim e præcepto Chriſti, & ad exemplum Apoſtolorum poſſidentes, vagique per vicos, ſtipem petebant; quidquid ſibi daretur nominis, *Prophetarum*, *Chriſtorum*, *Patriarcharum*, admittentes. Noctu vero abſque ullo ſexus aut ætatis diſcrimine promiſcue & conjunctim cubabant. Cibum, quum fames, aut alias lubido ſtimulabat, quavis hora ſumebant, nullis ſemet jejuniis macerantes; ſolis tantum precibus vacantes. Promiſcuos autem eorum coitus, ac impudicum flagitioſumque commercium, incomperta ſibi eſſe ait Epiphanius: quin contra eos profiteri ſolitos, nullam ſibi cum mulieribus eſſe conſuetudinem. Sic & *Abelonii*, teſte Auguſtino de Hæreſ. mares & feminæ ſub continentiæ profeſſione ſimul habitabant, nec uxoribus mariti miſcebantur, verum puerum & puellam ſibi quiſque adoptabant, in ejuſdem conjunctionis pacto futuros ſucceſſores. Verum vitam hanc, ſeu conſuetudinem marium & feminarum promiſcuam Epiphanius merito damnat: &, quod ego me Labadiæ quondam Amſtelædami tale κοινόβιον inſtituenti ſuggeſſiſſe memini, ſegregandas a virorum conſortio mulieres cenſet, ne quam, licet in maxima continentia, ſcandali præbeant aliis occaſionem, ſeque ſuamque ſectam hoc impudicitiæ ſub pietatis ſpecie latentis nomine immerito traducant, τὸ τῆς ἀρετῆς πολίτευμα διὰ τῆς ἀνοησίας ἐξυβρίσαντες, *inſtitutam ad virtutem vivendi rationem imprudentia ſua infamantes*.

Docebant autem hi hæretici, Unum tantum Deum omnipotentem colendum eſſe; cui & ſub dio hymnos canebant, in proſeuchis, ſive εὐκτηρίοις, eadem cauſa convenientes, quas extra urbes, non ſecus ac Judæi in Actis Apoſtolorum, ad inſtar fori, ſeu porticus, quales nunc mercatorum, ut appellantur, *Burſa* ſunt, patente area extruebant. Habuere tamen & ædes in eccleſiarum, ſeu templorum formam conſtructas, in quibus multis accenſis facibus ac luminibus divino cultui operabantur. Dogmata cetera præcipua a Theodoreto l. IV fabular. Hæreticarum, enarrantur: multo vero accuratius a Conſtantino Harmenopulo, cujus hic Excerpta damus: quibus & Excerpta alia huc facientia e Pſello de Dæmonibus ſubjungimus.

EXCERPTA
E
CONSTANTINI HARMENOPULI,
Sebaſti Nomophylacis,
& Judicis Theſſalonicenſis,
Libello
De Opinionibus Hæreticorum.

Maſaliani Manichæorum erroribus infecti quædam inſuper alia magis impura excogitarunt.

Quippe mentem hominum a dæmonibus occupatam dicunt.

Naturam humanam in dæmonum eſſe conſortio: Nec baptiſmum, nec perceptionem ſacramentorum hominem purificare, ſed ſolam ipſis familiarem precationem.

Mala in nobis natura exiſtere.

Sic animam ſponſi communionem ſentire, quemadmodum viri coitum mulier ſentiat.

Crucem abominantur.

Deiparam nullo honore dignantur, neque præcurſorem ac baptiſtam Joannem, neque ſanctos, martyribus exceptis.

Qui volunt, caſtrantur.

Matrimonia ſolvunt.

Impune jurant, ac pejerant.

Sectam ſuam anathematiſant.

Hac peſte totus infectus Eleutherus ille Paphlago præterea ſe digna quædam adinvenit; debere Monachum cum duabus cubare mulierculis, unoque anno continenter exacto, poſſe deinceps impune cognatarum quoque conſuetudine citra diſcrimen uti.

Nomen ipſum *Maſalianorum*, Græcam in Linguam traductum, *Euchitas*, ſive precum ſtudioſos, ſignificat. Nam precatio magno eſt apud ipſos in pretio, quam & in vulgus efferri vetant. Ex re quoque vocantur *Enthuſiaſtæ*. Nam dæmonis vi correpti eam ſancti ſpiritus eſſe opinantur. Quos enim morbus iſte invaſit, omnem ii manuum laborem, ceu malum, averſantur, & ſomno plerumque deditis ſpecies illas inſomniorum vocant Enthuſiaſmum.

Mala dicunt eſſe natura, & quovis in homine tam ſpiritum divinum, quam dæmona cohabitare. Patres, qui naſcuntur ex Adamo, primo parente generis humani, ut naturam trahere, ſic etiam ſervitutem illam, qua dæmonibus obſtringantur: adeoque conſubſtantiatum geſtare dæmonem, ſingulis eorum cohabitantem, & poteſtatem in eos ha-

habentem. Ac baptiſma quidem illum expellere non poſſe, vel peccatorum radices evellere: ſolam eis præſcriptam precationem & ejicere dæmonem, & radices ipſas expurgare. Poſtquam vero perfectiores ex ipſis ſtatum expertem adfectionum conſequuti ſint, venire ſuper eos Spiritum S. adſpectabiliter, & corpus ab impulſu vitiorum adfectuumque liberare: ut amplius deinde nec jejunio corpus premente ſit opus, nec doctrina frænum injiciente, quæque non inſolenter incedere doceat.

Sanctam Trinitatem oculis ſe ſenſibilibus videre dicunt, indeque futura proſpicere. Mendicis nihil impertiendum lege quaſi lata ſtatuunt, ſed ſibi duntaxat: quum quidem ſe ſpiritu pauperes dicant, quos ipſe Dominus beatos prædicaverit.

Vocantur iidem & *Valentiniani*, quod Valentini & Valentis temporibus hæreſis eorum pullulaverit. Appellantur & *Bogomili*.

Hæc Bogomilorum hæreſis non multo ante noſtram ætatem exorta fuit, pars ſectæ Maſſalianorum, & cum eorum dogmatibus majori ex parte conſentiens: excogitatis præterea nonnullis aliis, & aucta peſte.

Significat autem *Bogomilus* juxta Myſorum linguam, *qui Dei miſericordiam implorat*. (*Bog* Deus, *Mile* propitius lingua Heneta, quæ hodie Windorum, ſeu Wendorum dicitur, eſtque Slavonicæ linguæ dialectus.)

Hi veteris & N. T. libros repudiant, una cum expoſito in eis Deo: quaſi qui per afflatum Satanæ perſcripti fuerint, ſeptem duntaxat exceptis, in quorum numero & Euangelium eſt. Hos ipſos quoque libros falſo interpretantur, & ſacrilegis & exſecrandis ſenſibus ad ea, quæ ipſis videntur, detorquent. Ignominia crucem divinam adficiunt, veluti quæ dominum necaverit: itidemque reverentia dignum illud ſacrificium divini corporis atque ſanguinis, quod quidem inhabitantium temp'a dæmonum ſacrificium appellant. Nam in omnibus ſacris ædibus habitare dæmones ajunt.

Noſtrum baptiſma Joannis; ſuum vero Servatoris eſſe dicunt.

Solam vocant precationem *Pater noſter*: ceteras repudiant: Battologiam nominant.

Deiparos dicunt eos, quotquot apud ipſos hoc conſecuti ſuut, ut Spiritus Sanctus in eis habitet; quaſi qui τὸν λόγον, *ſermonem*, in docendo gignant.

Non modo per ſomnum, ſed vigilantes etiam videre ſe dicunt Patrem ut ſenem, cui prolixa barba ſit admodum: filium ei ſimilem, qui recens lanuginem primam mutet: Sp. Sanctum inſtar juvenis, cui valde nudæ ſint genæ: quod quidem ita fit, decipientibus eos dæmonibus, & inæqualem eſſe Trinitatem docentibus pro ipſarum formarum diverſitate.

EXCERPTA
EX
PSELLO
De Conviviis nocturnis Euchitarum.

Ἑσπέρας γὰρ πρὸς λύχνων ἀφὰς, ὁπόθ' ἡμῖν τὸ σωτήριον ἐξυμνεῖται πάθος, εἰς ἀποτετευγμένον δωμάτιον ἀγηοχότες τὰς παρ' αὐτοῖς ἐνησκημένας (in codice Gaulmini erat ἐνασκαμμένας. forte fuit, ἀποσκεμμένας, id eſt, *delectas*, *exploratas*. Poſſit & εὖ ἠσκημένας legi, id eſt, *pulchre ornatas*, vel ad hanc rem *inſtructas*, & *edoctas*. Quod autem ille σκαμμάδας κόρας ἀπὸ τοῦ σκάμματος, quod femineum aliquando ſulcum ſignificat, dictas videri vult, in eo fruſtra eſt; quum illæ a caveis ludorum nomen acceperint, in quibus proſtabant.) κόρας, τούς τε λύχνους ἀποσβεννύντες, ἵνα μὴ τὸ φῶς τοῦ γιγνομένου μύσους ἔχωσι μάρτυρα, ταῖς κόραις ἐνασελγαίνουσιν, ὁποίᾳ ἂν ἕκαστος, κἂν ἀδελφῇ, κἂν ἰδίᾳ θυγατρὶ, ξυλλάχῃ. οἴονται γὰρ καὶ τούτῳ χαρίζεσθαι τοῖς δαίμοσιν, εἰ παραλύσαιεν τοὺς θείους θεσμοὺς, ἐν οἷς τὰ περὶ τῶν ἐξ αἵματος ὁμογενῶν γάμων ἀπαγορεύουσι· καὶ τότε μὲν ταῦτα τελέσαντες ἀπαλλάττονται. Τὴν δ' ἐννεάμηνον περίοδον ἀναμείναντες, ὅτε καιρὸς ἐντεχθῆναι τὰ ἐξ ἀθεμίτου σπέρματος ἀθέμιτα ἔκγονα, κατὰ ταὐτὸν ἀπαντῶσιν αὖθις. καὶ δὴ τῇ μετὰ τὸν τόκον τρίτῃ τὰ δύστηνα τῶν μητέρων ἀποσπῶντες βρέφη, καὶ ξυρῷ τὰ τούτων σαρκία περιαμύττοντες, τὸ ῥυισκόμενον αἷμα φιάλαις ἀπολαμβάνουσιν. αὐτὰ δὲ ἐπὶ πυρὰν βαλόντες ἔτ' ἐμπνέοντα καίουσιν· εἶτα τὴν ἐκ τούτων τέφραν τῷ ἐν φιάλαις αἵματι φύροντες, σύνθετόν τι βδέλυγμα ξυντιθέασιν, ᾧ τά τε σιτὰ, καὶ τὰ ποτὰ λαθραίως μολύνουσι, καθάπερ οἱ τῷ μελικράτῳ παραμιγνῦντες τὸ δηλητήριον. αὐτοί τε τούτων, καὶ τῶν ἄλλων οἱ τὸ κρυπτόμενον μὴ φωράσαντες, συμμετέχουσι: Id eſt interprete Morello: *Veſperi enim, cum lumina accenduntur, quo tempore nos ſalutarem Domini celebramus paſſionem, puellis, quas ſacrilegis ſacris ſuis initiaverunt, in domum præſcriptam deductis, luminibuſque reſtinctis, ne lucem exſecrandi, quod deſignant, flagitii teſtem habeant, cum puellis libidinoſe volutantur, in quamcunque tandem, ſeu ſororem*

ἐλεύσεσθαι ψευδοπροφήτας καὶ ψευδοχρίστους, καὶ προαγγείλαντος προσέχειν ἀπὸ τῶν τοιούτων, ἀκολούθως δὲ καὶ τοῦ θεοκήρυκος Παύλου πρὸς τὸν Τιμόθεον ἀποστείλαντος, ὅτι ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, κωλυόντων γαμεῖν,

γαμεῖν,

rem, ſeu propriam filiam, quilibet inciderit. Siquidem & hac in re ſe dæmonibus rem gratam facere arbitrantur, ſi leges divinas tranſgreſſi fuerint, in quibus cautum eſt, ne nuptiæ cum ſanguine cognato contrahantur. Et hoc quidem ſacro tunc peracto domum dimittuntur. Novem autem menſium decurſo ſpatio, inſtanteque tempore, ut infandi fœtus ex infando ſemine procreati naſcantur, eundem in locum denuo conveniunt, tertioque poſt partum die infelices a matribus infantes depellunt, eorumque carunculis novacula circumſcarificatis & inciſis, defluentem ſanguinem phialis excipiunt: ipſos autem adhuc ſpirantes in pyram conjectos exurunt. Tum poſtea eorum cinerem cum ſanguine phialis contento miſcent, pharmacumque abominandum componunt, quo cibos & pocula inficiunt, quemadmodum ii, qui melicrato venenum inſpergunt. Et hæc eſt ipſorum Communio, atque ceterorum, qui deliteſcens virus ignorant. Hac autem calumnia omnes promiſcue aſperſi olim fuere Chriſtiani. Origenes lib. VI adverſus Celſum, p. 302: Μετὰ ταῦτα παραπλήσιόν τι ποιεῖν μοι δοκεῖ τοῖς διὰ τὴν πολλὴν τὴν πρὸς χριστιανοὺς ἀπέχθειαν διαβεβαιουμένοις πρὸς τοὺς μηδαμῶς εἰδότας τὰ χριστιανῶν, ὅτι ἄρα τῇ πείρᾳ κατειλήφασι χριστιανοὺς ἐσθίοντας σάρκας παιδίων, καὶ μίξεσι ταῖς πρὸς τὰς παρ' αὐτοῖς γυναῖκας ἀνέδην χρωμένους: quemadmodum Judæos feciſſe ſcribit p. 293: καὶ δοκεῖ μοι παραπλήσιον Ἰουδαίους πεποιηκέναι τοῖς κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ χριστιανισμοῦ διδασκαλίας καταχεδιάσασι δυσφημίαν τοῦ λόγου, ὡς ἄρα καταθύσαντες παιδίον μεταλαμβάνουσιν αὐτοῦ τῶν σαρκῶν. Καὶ πάλιν, ὅτι οἱ ἀπὸ τοῦ λόγου τὰ τοῦ σκότους πράττειν βουλόμενοι σβεννύουσι μὲν τὸ φῶς, ἕκαστος δὲ τῇ παρατυχούσῃ μίγνυται. ἥτις δυσφημία παραλόγως πάλαι μὲν πλείστων ἐκράτει, πείθουσα τοὺς ἀλλοτρίους τοῦ λόγου, ὅτι τοιοῦτοί εἰσι χριστιανοί. καὶ νῦν δὲ ἔτι ἀπατᾷ τινας, ἀποτρεπομένους διὰ τὰ τοιαῦτα κἂν εἰς κοινωνίαν ἁπλουστέραν λόγων ἥκειν πρὸς χριστιανούς. *Videturque mihi feciſſe idem, quod Judæi Chriſtianæ doctrinæ initio, ſparſo rumore, quod ejus ſectæ homines mactati pueri veſcerentur carnibus, & quod, quoties eis libeat operam dare occultis libidinibus, extincto lumine conſtupret, quam quiſque primam nactus fuerit: quæ falſa & iniqua opinio dudum valde multos a religione noſtra alienos tenuit, perſuaſos, tales eſſe Chriſtianos: & ad hoc temporis nonnullos fallit, qui ea de cauſa Chriſtianos ita averſantur, ut ne quidem ſimplex colloquium cum homine Chriſtiano habere velint.* Quare Tertullianus quæſtionem in hanc rem poſtulat in Apologetico, cap. 2: *Cum æque extorquere oporteret, quodcunque falſo jactatur, quot quiſque jam infanticidia deguſtaſſet, quot inceſta contenebraſſet, qui coci, qui canes affuiſſent?* Vide ejuſdem ſcripti caput quoque ſept. & octavum. Plura qui volet, Spencerum adeat in not. ad Origenem contra Celſum, & Ouzelium ad Minutium Felicem.

6. Ἀθέων] Athei non tantum illi appellantur, qui Deum tollunt, aut negant, ſed &, qui abſurdo eum cultu offendunt magis, & irritant, quam conciliant, & placant. Ita Stoici apud Diogenem Laërtium in Zenone Citieo: διττὸν εἶναι τὸν ἄθεον ſtatuebant, τόν τε ἐναντίως τῷ θείῳ λεγόμενον, καὶ τὸν ἐξουθενητικὸν τοῦ θείου.

7. Μασσαλιανῶν] in V c. alicubi *Μασσαλιανοὶ* appellantur, ab Hebraico צלא, *precari*. Unde & Turcis precatio *Sala* dicitur. Quare Petavius in notis ad Theodoretum rectius eos a Theodoreto, aliiſque *Meſſalianes* appellari ait, ad Hebraïcæ linguæ formam, qua מצלין *οἱ εὐχόμενοι*, *ſive orantes* dicuntur, Eſræ cap. VI: reprehenditque ſuo more Scaligerum, qui eos ab Eſſenis deducebat in Trihæreſii Elencho, c. XXVIII, quoniam Eſſeni Philoni *ἱκέται* vocantur. Gilbertus Gaulminus, in notis ad Pſellum, Chronologum ineditum περὶ αἱρέσεων citat, qui eos ἢ ἀπὸ τῆς εὐχῆς, ἢ ἀπὸ τῆς ἐπωνύμου χώρας τῆς Περσίδος, denominationem traxiſſe tradit. *Forte melius*, inquit, *ſi* Aſſyriæ *dixiſſet, quia* Moſal *Arabum Geographis* Aſſyria *eſt. Tamen prima nebulonum iſtorum origo Perſica, a Manete Perſa.* Chriſtianiſmi ſpeciem induit, & quaſi de novo nata eſt hæc hæreſis ſub Impp. Valentiniano, Valente, & Gratiano,

no,

diebus ultimis multi falſi prophetæ & falſi Chriſti exſurgerent, a quibus nobis ſummopere cavendum foret. Neque ſecus Apoſtolus Paulus in epiſtola ad Timotheum prædixit, *multos extremis temporibus a fide deſciuros, ſpiritibus auſcultantes ſeductoribus, & doctrinis dæmonum, ſub perſonis*

no, uti eſt apud Theodoretum l. IV, c. X. Hiſt. Eccleſ. κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἡ τῶν Μασσαλιανῶν ἐβλάστησεν αἵρεσις. Εὐχίτας δὲ τούτους, &c. quæ mox adferentur.

Apud Photium Cod. LII Excerpta exſtant e ſynodo Sidetana contra *Meſſalianos*, ut illic ſcribitur, (qui & Μεσαλιανῖται ibidem vocantur, & in indiculo hæreticorum D. Auguſtini ad QuodvultDeum, notante Lambecio, *Maſſiliani*) ſive *Euchitas*, qui & Ἀδελφιανοὶ dicti. Præſedit in ea Amphilochius Iconii epiſcopus: adfuerunt autem epiſcopi XXV: qui & ad Flavianum Antiochiæ epiſcopum ſynodicam rerum in ſynodo geſtarum epiſtolam ſcripſere. Ubi inter alia *Adelphius* laicus hujus ſectæ auctor, & monachus quidam *Sabbas* Ἀπόκοπος, ſive *Exſectus*, quod ipſe ſe caſtraſſet, cognominatus, memoratur: nec non *Sabbas* alius, *Euſtathius*, *Ædeſimus*, *Dadoes*, & *Semeſones*. Meminit ibidem Photius Synodicæ, præter illam Attici Conſtantinopolitani Patriarchæ, Siſinnii itidem Conſt. Patr. epiſtolæ; in qua notabilis Epiſcopi Neonis fervor, qui, ſi quis modo poſt anathematiſmum ſuſpicionem iſtius morbi (id eſt hæreſeos) incurreret, ut nulla ejus ratio haberetur, cenſebat, etiamſi millies ſeſe leges pœnitentium impleturum profiteretur. Quin & ei conſentientem, faventemque, ſive epiſcopus is foret, ſive quis alius, eodem fulmine percutiebat. Sunt & alia ibidem pluſcula cognitu non indigna: in quibus, quod is, qui Maſſalianorum dogmata continebat liber Ἀσκητικὸς inſcriptus fuerit, quodque Archelaus Cæſareæ Cappadocum epiſcopus viginti quatuor *Anathematiſmos* præcipuorum doctrinæ hujuſce capitum ſcripſerit, maxime animadvertenda ſunt. Scripſerunt adverſus eos Flavianus Antiochiæ Patriarcha, Λητοῖος ſive Letoius, Melitinæ in Armenia epiſc. Atticus Patr. Conſt. Siſinnius P. C. una cum Theodoto Antioch. ſub Theodoſio, in Syn. Conſt. Joannes Patriarcha Antioch. ad Neſtorium, Epheſina Syn. III; Archelaus Cæſareæ Capp. Heraclides Nyſſæ, epiſc. Gerontius Presbyter; ut & Amphilochius Iconii, τοῖς ὑπ' ἐκείνου πραχθεῖσιν ὑπομνήμασιν ἐντιθεικὼς αὐτῶν τὰς φωνὰς, ἐναργῶς δηλούσας τοῦ δόγματος τὴν διαφοράν: *Actis ſuis ipſa illorum verba inſerens, quibus eorum perſpicue declaratur opinionum differentia.*

8. Φουνδαϊτῶν] Citata ſuperius eſt Euthymii hujus Zigabeni in Cæſarea bibliotheca Epiſtola adverſus *Phundagiagitas*, ut illic nominatur, & *Bongomilos*.

9. Βογομίλων] ſive, ut vidimus, Βογγομίλων. In alio codice Πογομιλοι vocantur.

10. Εὐχιτῶν] Theodoretus lib. IV. c. X Hiſt. Eccl. Εὐχίτας δὲ τούτους προσαγορεύουσιν οἱ εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν τοὔνομα μεταβάλλοντες. *Euchitas autem eos appellant, qui nomen illud Maſſalianorum Græce interpretantur.* Pſellus de dæmon. ubi de deguſtatione excrementorum apud ipſos uſitata agit, Euchitas & Gnoſticos ab Epiſcopis hujus ſectæ diſtinguit, & hæc nomina Auditoribus tantum tribuere videtur. Verba ejus ſunt: τοῦτον δὲ μὲν τῆς ἀνοίας αὐτῶν τὸ ἀποτέλεσμα κοινὸν οὐ μόνον τοῖς προεστῶσι τοῦ δόγματος, οἷς ὡς καὶ τὴν τῶν ἀποστόλων καταῤῥάπτουσι προσηγορίαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς Εὐχίταις, καὶ τοῖς Γνωστικοῖς. *Atque hic quidem amentiæ ipſorum effectus non modo hujuſce dogmatis anteſignanis communis eſt, quibus & Apoſtolorum tribuunt appellationem, verum & Euchitis, Gnoſticiſque.*

11. Ἐνθουσιαστῶν] Theodoretus citato loco Hiſt. Eccl. Ἔχουσι δὲ καὶ ἑτέραν προσηγορίαν ἐκ τοῦ πράγματος γενομένην. Ἐνθουσιασταὶ γὰρ καλοῦνται δαίμονός τινος ἐνέργειαν εἰσδεχόμενοι, καὶ πνεύματος ἁγίου παρουσίαν ταύτην ὑπολαμβάνοντες: *Sed & alio nomine denotantur, quod ipſis ab ipſa re impoſitum. Enthuſiaſtæ enim vocantur; propterea quod dæmonis cujuſdam inſtinctum atque operationem recipiant, quo afflati Spiritus Sancti ſe præſenti numine agitari exiſtimant.* Rationem hujus nominis Harmenopulus clarius expoſuit, cui ſubſcribit Chronologus ineditus a Gaulmino adductus: Καλοῦνται δὲ ἐκ τοῦ πράγματος ἐνθουσιασταί. Δαίμονος γὰρ ἐνέργειαν λαβόντες, πνεύματος ἁγίου εἶναι ταύτην ὑπολαμβάνουσι. ὕπνῳ δὲ πολλῷ σφᾶς ἐκδιδόντες Ἐνθουσιασμὸν τὰς τῶν ὀνείρων φαντασίας καλοῦσι.

12. Ἐγκρατιτῶν] Hæreſeos *Encratitarum* primus Auctor Tatianus fuit, ut eſt apud Hiſt.

γαμεῖν, καὶ ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετὰ εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν, ὅτι πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον. ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ, καὶ [14] ἐντεύξεται. καὶ πάλιν: ἐκ τούτων γάρ εἰσιν οἱ ἐνδύοντες εἰς τὰς οἰκίας, καὶ αἰχμαλωτίζοντες γυναικάρια σεσωρευμένα ἐπιθυμίαις ποικίλαις, πάντοτε μανθάνοντα, καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν δυνάμενα. Ταῦτα τοῦ σωτῆρος καὶ Θεοῦ ἡμῶν προειρηκότος, καὶ τοῦ ἀποστόλου κηρύξαντος, προσέχωμεν ἀγαπητοί. Κατὰ γὰρ τὰς τοιαύτας προρρήσεις [15] ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς γενομένων ἡμῶν, ἡ πολυώνυμος τῶν Μασσαλιανῶν, εἴτουν Βογομίλων, αἵρεσις ἐν πάσῃ πόλει, καὶ χώρᾳ, καὶ ἐπαρχίᾳ ἐπιπολάζει ταννῦν. καὶ [16] οἱ ταύτης εἰσηγηταὶ οὐ παύονται διαφθείροντες τοὺς ἀπλουστέρους τῶν ἀνθρώπων. [17] Χριστιανοὺς γὰρ ἑαυτοὺς ὀνομάζοντες οἱ μισόχριστοι, τῷ εὐφήμῳ τοῦ ὀνόματος ἀναμίγνυνται τοῖς ὀρθοδόξοις, καὶ ἀγνοούμενοι, ὅτι [18] τῷ κωδίῳ τὸν λύκον κρύπτουσι, ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν τιμίων γραφῶν [19] τὰς ἀρχὰς ποιοῦνται τῆς κενοφωνίας αὐτῶν. καὶ ἐπειδὰν εὐπαράδεκτοι γένωνται διὰ τοῦ προσωπείου, καὶ ἄρξωνται προσέχειν αὐτοῖς οἱ ἀκούοντες, τότε [20] τὸν ἰὸν ἐξεμοῦσι. καὶ ὡς ἤδη συνήθεις γενόμενοι τὰ ἐναγῆ τοῦ σατανᾶ ἐξερεύγονται δόγματα [21] ἃ δὴ καὶ σὺν αὐτοῖς τῷ ἀναθέματι καθυπάγομεν ὡς νόθα καὶ βέβηλα, καὶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀλλότρια.

Ἀνα-

Hiſt. Eccl. ſcriptores, & inprimis Irenæum l. 1. Ita autem appellati ſunt, quod a matrimonio, & feminarum conſuetudine abſtinerent, nec non ab animatis. Verum jam ante Tatianum Saturninus, ſive Saturnilus, & Marcion conjugium damnaverant, corruptionem & ſtuprum illud nominantes: unde & *Marcionitæ* hic appellantur.

13. Μαρκιωνιστῶν] a Marcione, ut dixi, hæreſiarcha, cujus in Hiſtoria Eccleſiaſtica nomen notiſſimum eſt: de quo & alibi nonnulla adnotavimus.

14. Ἐντεύξεται] Fictum hoc verbum, formatumque a voce ἔντευξις, quæ inter alia apud ſcriptores eccleſiaſticos preces illas ſignificat, quibus panis in miſſa conſecratur. Ἐντεύξεσθαι igitur *conſecrari* ſignificat. Sic cibus apud Apoſt. 1 Timoth. c. IV, 5, ἁγιάζεσθαι dicitur διὰ λόγου Θεοῦ, καὶ ἐντεύξεως.

15. Ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς] durabunt illa tempora extrema uſque ad conſummationem ſeculorum. Scripta vero hæc eorum confutatio imperante Alexio Comneno, ut jam vidimus. Ceterum ſub Valentiniano & Valente nomen ſibi Chriſtianorum primum adſciviſſe videntur, quum antea gentiles eſſent.

16. Οἱ ταύτης εἰσηγηταὶ] anteſignani, ſeu doctores. Neque enim epiſcopos habuerant, ut hæreſes aliæ complures, verum, uti nunc Anabaptiſtæ ſuos Monitores, ita illi ſuos ἀρχηγούς.

17. Χριστιανοὺς γὰρ ἑαυτοὺς] Ut omnes Hæretici. Juſtinus Martyr adv. Marcionem: καὶ πάντες οἱ ἀπὸ τούτων ὁρμώμενοι, ὡς ἔφαμεν, χριστιανοὶ καλοῦνται. ὃν τρόπον καὶ οὐ κοινῶν ὄντων δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις τὸ ἐπικαλούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοινόν ἐστι: *Cunctique ab his orti, Chriſtiani, uti diximus, appellantur; non ſecus ac in diverſas abeuntibus ſententias philoſophis communis hac a Philoſophia obtingit appellatio.*

18. τῷ κωδίῳ τὸν λύκον] v. quæ ad Gr. Naz. Ἀνέκδοτα notavimus.

19. τὰς ἀρχὰς] e verbis Chriſti ſcilicet, diſcipulis, ut bona in pauperes diſtribuerent, & ſe ſequerentur, jubentis, Matth. VI, & Joann. VI. Epiphanius cap. IV. Ἔχει δὲ τὸ

βλα-

ſonis impoſtorum latentium , qui conſcientiam ſuam cauterio exuſti conjugiis interdicant , & ciborum abſtinentiam injungant , quos Deus ipſe humano generi ſuppeditavit , ut iis fideles , & veritatis illuſtrati lumine, cum gratiarum actione fruerentur : ſiquidem omnis creatura bona *eſt* , *dummodo* cum *gratiarum ſumatur actione. Sanctificatur enim verbo Dei ; atque ita ad ſumendum apta eſt.* Idem & alibi ait : *Ex biſce ſunt , qui in domos irrepentes mulierculas variis concupiſcentiis oneratas captivas tenent , ſemper diſcentes , & numquam ad cognitionem pervenire valentes veritatis.* Quare æquum eſt, fratres , ut hiſce Servatoris noſtri Deique nos præmonentis, & Apoſtoli prædicentis verbis attentas aures præbeamus. Uti enim nobis prædictum , in extremis illis jamnunc verſamur temporibus , & confuſa illa ac multinominis *Maſſalianorum*, ſive *Bogomilorum* ſecta per omnes urbes , omneſque regiones atque præfecturas latiſſime ſparſa dominatur: ejuſque anteſignani ſimpliciores animas nuſquam non corrumpere ceſſant , & in partes ſuas traducere. Quum enim iſti Chriſti inimici Chriſtianos ſeſe nominent, ſpecioſo illo obtecti nomine facile recta ſentientibus ſemet immiſcent , ignoratique , quod ſub agnina pelle rapaces lateant lupi , e ſacris ac venerandis literis occaſionem, viamque ſibi aperiunt vanæ ſuæ & mendacis proferendæ, propalandæque doctrinæ. Ubi vero ſub hac larva ſemel admiſſi ſunt, & auditorum ſibi animos aureſque conciliarunt , tum denique virus ſuum evomunt , & jam familiares facti nefanda ſatanæ dogmata eructant : quæ nunc una cum ipſis ut falſa, ac impia, atque ab eccleſiæ Catholicæ ſententia ac fide aliena , anathemati ſubjicimus.

Ana-

βλαβερὸν τοῦτο φρόνημα ἀπὸ τῆς ἀμετρίας τινῶν ἀδελφῶν ἀφελείας. Τινὲς γὰρ τῶν ἡμετέρων ἀδελφῶν καὶ ὀρθοδόξων, μὴ γινώσκοντες τὸ μέτρον τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας, τὸ κελεῦον ἀποτάσσεσθαι τῷ κόσμῳ, κτημάτων τε ἰδίων καὶ χρημάτων ἀπεξενοῦσθαι, πωλεῖν τε τὰ ἴδια, καὶ μεταδιδόναι πτωχοῖς, λαμβάνειν δὲ τὸν σταυρὸν, καὶ ἀκολουθεῖν ἐν ἀληθείᾳ μὴ ἀργὸν, μήτι ἄεργον, ἀκαιροφάγον, μηδὲ ἐοικέναι τῷ κηφῆνι τῶν μελισσῶν, &c. καὶ ἐκτραπέντες τὴν διάνοιαν, ἐξώκειλαν τῇ ἀληθείᾳ: *Acceperunt autem noxiam banc ſententiam a nimia quorundam fratrum ſimplicitate. Aliqui namque fratrum noſtrorum , etiam recte ſentientium , quum vita in Chriſto modum non intelligerent, quo mundo renuntiare imperantur , bonaque & opes ſuas derelinquere, vendere , quæ poſſiderent , & ea dare pauperibus , accipere porro crucem, ſequique in veritate , non ignaviam & otium ſequentes , aut ciborum luxum , neque fucis ſimiles eſſe apium operi inſidiantes , &c. veritate exciderunt, perverſe hæc interpretantes.*

20. Τὸν ἰὸν ἐξήμεσε] Sic & de Adelphio Theodoretus : Τούτοις ὁ πρεσβύτης ἐκεῖνος τοῖς λόγοις καταθελχθεὶς ἐξήμεσεν ἅπαντα τὸν κεκρυμμένον ἰόν : *Hic ſenex ille verbis delinitus latens venenum totum evomuit.*

21. Ἃ δὴ καὶ σὺν αὐτοῖς] hoc eſt αὐτάνδρους τὰς ναῦς καταβυθίζειν ; *naves una cum vectoribus demergere.*

22. Τῷ ἀναθέματι] Heſychius : Ἀνάθεμα, ἐπάρατος, ἀκοινώνητος. Multa de hac voce Petavius habet in miſcellis Exercitationibus adverſus Salmaſium, p. 382, & ſeqq. part. II operum Juliani Imper. qui quidem recte Ἀνάθεμα & pro donario ſumtum docet, & pro eo , quod in illum finem Deo conſecrabatur , ut funditus deleretur , ac profligaretur. Suidas : Ἀνάθεμα καὶ τὸ ἀνατιθέμενον τῷ Θεῷ, καὶ τὸ εἰς ἀφανισμὸν ἐσόμενον. Hic ſignificatur execrabilis , deteſtabiliſque ; cui nulla cum Eccleſia ſalutis aut bonæ ſpei communio ; ὁ ἀλλότριος τοῦ Θεοῦ. Quales iſtiuſmodi, qui Julio Cæſari in Comm. belli Gallici a Druidibus devoti leguntur.

Ἀναθεματισμὸς α΄.

[1] Πέτρῳ τῷ Ἀρχηγῷ τῆς Μασσαλιανῶν, ἤτοι [2] Λυκοπετριανῶν, καὶ [3] Φυνδαϊατῶν, καὶ Βογομίλων αἱρέσεως, τῷ Χριστὸν ἑαυτὸν ἀποκαλέσαντι, καὶ μετὰ θάνατον ἀναστήσεσθαι ἐπαγγειλαμένῳ, Λυκοπέτρῳ δὲ διὰ τοῦτο ἐπονομασθέντι, ὅτι λίθοις δικαίως διὰ τὰς ἀπείρους αὐτοῦ μαγγανείας καταχωσθεὶς ὑπέσχετο μετὰ τρεῖς ἡμέρας τοῖς πονηροῖς αὐτοῦ συμμύσταις ἀναστήσεσθαι, καὶ προσκαθημένοις αὐτοῖς τῷ βδελυρῷ αὐτοῦ λειψάνῳ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ὡς λύκος ἐν αὐτῷ δαίμων ἐφάνη τῆς σοροῦ τῶν λίθων ἐξερχόμενος, Ἀνάθεμα.

Ἀναθεματισμὸς β΄.

[4] Τυχικῷ τῷ τούτου συμμύστῃ, καὶ μαθητῇ, τῷ τὰς ἑτέρας μὲν θείας γραφὰς διαφθείραντι, καὶ παρερμηνεύσαντι, κατ᾽ ἐξαίρετον δὲ ἅπαν τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, καὶ πάσας τὰς περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἔτι δὲ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ῥήσεις εἰς τὸν πνευματικὸν αὐτοῦ πατέρα παρερμηνεύσαντι, καὶ οὕτω τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν πρὸς τοὺς τῆς βδελυρᾶς αὐτοῦ αἱρέσεως ἀρχηγοὺς μεθελκύσαντι, Ἀνάθεμα.

Ἀναθεματισμὸς γ΄.

[5] Δαδόῃ, καὶ Σάβᾳ, καὶ [6] Ἀδελφείῳ, καὶ Ἑρμᾷ, καὶ Συμεὼν, καὶ τοῖς ἀλ-

1. Πέτρῳ] ſingularis & valde notabilis eſt hic locus de Petro, ſive Lycopetro, hæreſeos Maſſalianorum primo auctore, utpote cujus nec apud S. Epiphanium in Panario omnium hæreſium, nec apud Photium in Bibliothecæ ipſius codice quinquageſimo ſecundo, nec apud Harmenopulum in libro de ſectis, nec apud alios antiquos, vel recentes auctores, quos de Maſſalianorum hæreſi conſului, ulla ſit mentio. LAMBECIUS.

2. Λυκοπετριανῶν] Notabilis locus de Lycopetrianis, & Phundaiatis, ſive, ut ſupra legitur, Phundaitis hæreticis. LAMBECIUS.

3. Φυνδαιατῶν] pro Φυνδαιατῶν legitur ſupra in eodem codice Φυνδαϊτῶν. LAMBECIUS.

4. Τυχικῷ] notabilis locus de Tychico, Lyco-Petri hæreſiarchæ diſcipulo, & de Euangelii S. Matthæi per illum falſatione. LAMBECIUS.

5. Δαδόῃ] Hujus *Dada*, & *Saba*, & *Adelphii*, & *Symeonis* ſit etiam mentio apud Photium in Bibliothecæ ipſius codice LII, ubi agitur de *Synodo Sidetana* contra *Maſſalianos* celebrata. Notandum tamen eſt, Maſſalianos ibi vocari & Μεσσαλιανοὺς; & Symeonem perperam ibidem appellari Σαμψαώνη. LAMBECIUS.

6 Ἀδελφείῳ] Hujus Adelphii meminit Euthymius in Panoplia ſua nominatim his verbis: ταύτης ἐγένοντο τῆς αἱρέσεως ἀρχηγοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, ἔτι δὲ καὶ Ἀδέλφιος, ὃν Φλαβιανὸς εἰς τὴν Ἀντιοχείαν μετακαλεσάμενος, &c. Vide etiam Card. Baronii Annal Eccleſ. Tom. IV, an. 383, pag. 491. edition. Plantinianæ. LAMBECIUS.

Ibid. Δαδόῃ καὶ Σάβᾳ &c] Theodoretus l. IV, c. X, Eccl Hiſt. Ταύτης ἐγένοντο τῆς αἱρέσεως ἀρχηγοὶ Δαδώης τε, (qui male Λαάδης lib. IV, c. XI Hæret. fab. tam in contextu Græco, quam in verſione appellatur) καὶ Σάββας, καὶ Ἀδέλφιος, καὶ Ἑρμᾶς, καὶ Συμεώνης, καὶ ἄλλοι πρὸς τούτοις, &c.. *Hæreſis autem hujus principes fuerunt Dadoes, & Sabbas, & Adelphius, & Hermas, & Symeones, & alii præterea*, &c.

Idem Theodoretus vocem Σάββας lingua Parthyæorum, ſive Oſroenorum, *ſenem* ſignificare ait, in Juliano, ſive Religioſæ hiſtoriæ c. II; atque id honoris nomen eſſe.

Ibid.

Anathematiſmus I.

Petro *Maſſalianorum*, ſive *Lucopetrianorum* (qui & *Phundaïtæ*, & *Bogomili* dicti) hæreſeos anteſignano, qui ſe ipſe Chriſtum appellavit, & poſt obitum reſurrecturum promiſit, eaque propter *Lucopetrus* cognominatus fuit, quod, quum ſummo jure ob infinitas impoſturas lapidibus obrutus eſſet, peſſimis ſymmyſtis ejus, qui abominabili hujus cadaveri eam, quam poſt triduum ipſis pollicitus fuerat, reſurrectionem exſpectantes aſſidebant, malus dæmon lupi ſpecie acervo lapidum egredi viſus ſit, Anathema.

Anathematiſmus II.

Tychico ipſius ſymmyſtæ & diſcipulo, qui cum ceteras S. Scripturas corrupit, praveque interpretatus eſt, tum præcipue univerſum ſecundum Matthæum Euangelium, quique omnes de Deo patre, atque etiam de Spiritu S. ſententias, ſive dicta, ad ſpiritualem ſuum patrem traxit, & explicuit, & hoc pacto Dei gloriam in abominandæ ſuæ ſectæ auctores tranſtulit, Anathema.

Anathematiſmus III.

Dadoæ, & Sabæ, & Adelphio, & Hermæ, & Symeoni, ceteriſque

Ibid. Ἀδελφιῷ] ſive Ἀδελφίῳ. Extat apud Theodoretum lib. IV Hiſt. Eccl. c. X, non inutilis narratio, qua arte, & quibus blanditiis Adelphius hic per benivolentiæ ſpeciem ab Antiocheno Patriarcha Flaviano circumventus ſemet ipſe, ſuaſque opiniones prodiderit. Operæ pretium mihi videtur eandem hic deſcribere, ut aliis exemplo ſit: Φλαβιανὸς δὲ ὁ πολυθρύλλητος τῆς Ἀντιοχέων Ἀρχιερεὺς ἐν Ἐδέσσῃ τούτους διάγειν μαθὼν, τὸν οἰκεῖον τοῖς πελάζουσιν ἐγχριμπτομένους ἰὸν, συμμορίαν Μοναχῶν ἀποστείλας, ἤγαγέ τε εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ τὴν νόσον ἐξαρνουμένους τόνδε τὸν τρόπον διήλεγξε. Τοὺς μὲν γὰρ κατηγόρους ἔφη συκοφαντεῖν, καὶ τοὺς μάρτυρας ψεύδεσθαι. Τὸν δὲ Ἀδέλφιον ἄγαν ὄντα πρεσβύτην ἠπίως καλέσας, καὶ πλησίον καθισθῆναι κελεύσας, ἡμεῖς, ἔφη, ὦ πρεσβῦτα, τὸν πλείω βεβιωκότες βίον ἀκριβέστερον καὶ τὴν ἀνθρωπείαν ἐμάθομεν φύσιν, καὶ τὰ τῶν ἀντιπάλων δαιμόνων ἔγνωμεν μηχανήματα, πεῖραν δὲ καὶ τὴν τῆς χάριτος ἐδιδάχθημεν χορηγίαν. Οὗτοι δὲ νέοι ὄντες, καὶ τούτων οὐδὲν ἀκριβῶς ἐπιστάμενοι, πνευματικωτέρων ἐπακοῦσαι λόγων οὐ φέρουσι. Τοιγάρτοι εἰπέ μοι, ὅπως φατὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἐναντίον ὑποχωρεῖν, καὶ τοῦ παναγίου πνεύματος τὴν χάριν ἐπιφοιτᾷν. Τούτοις ὁ πρεσβύτης ὑπονος τοῖς λόγοις καταθελχθεὶς ἐξήμεσεν ἅπαντα τὸν κεκρυμμένον ἰὸν, καὶ ἔφη, Μηδεμίαν μὲν ἐκ τοῦ θείου βαπτίσματος ὠφέλειαν τοῖς ἀξιουμένοις γίνεσθαι, μόνην δὲ τὴν σπουδαίαν εὐχὴν τὸν δαίμονα τὸν ἔνοικον ἐξελαύνειν. ἕλκειν γὰρ ἕκαστον τῶν τικτομένων ἔλεγεν ἐκ τοῦ προπάτορος ὥσπερ τὴν φύσιν, οὕτω δὴ καὶ τὴν τῶν δαιμόνων δουλείαν. Τούτων δὲ ὑπὸ τῆς σπουδαίας ἐλαυνομένων εὐχῆς, ἐπιφοιτᾷ λοιπὸν τὸ πανάγιον πνεῦμα, αἰσθητῶς καὶ ὁρατῶς τὴν οἰκείαν παρουσίαν σημαῖνον, τό τε σῶμα τῆς τῶν παθῶν κινήσεως ἐλευθεροῦν, καὶ τὴν ψυχὴν τῆς ἐπὶ τὰ χείρω ῥοπῆς παντελῶς ἀπαλλάττον, ὡς μηκέτι δεῖσθαι λοιπὸν μήτε νηστείας πιεζούσης τὸ σῶμα, μήτε διδασκαλίας χαλινούσης, καὶ βαίνειν εὔτακτα παιδευούσης. Οὐ μόνον δὲ ὁ τούτου τετυχηκὼς τῶν τοῦ σώματος ἀπαλλάττεται σκιρτημάτων, ἀλλὰ καὶ σαφῶς τὰ μέλλοντα προορᾷ, καὶ τὴν τριάδα τὴν θείαν τοῖς ὀφθαλμοῖς θεωρεῖ.

Οὕτως ὁ θεῖος Φλαβιανὸς τὴν δυσώδη διορύξας πηγὴν, καὶ γυμνῶσαι παρασκευάσας τὰ νάματα, πρὸς τὸν δύστηνον ἔφη πρεσβύτην· ὦ πεπαλαιωμένε ἡμερῶν κακῶν, ἤλεγξέ σε τὸ σὸν στόμα, καὶ οὐκ ἐγώ. τὰ δὲ χείλη σου καταμαρτυρήσει σου. δήλης δὲ ταύτης τῆς νόσου γεγενημένης, τῆς μὲν Συρίας ἐξηλάθησαν, οἱ δὲ

τὴν

ἄλλοις, οἱ τὸν ἰὸν τῆς τοιαύτης αἱρέσεως ἐξεμέσαντες, καὶ τοὺς ἀγροικοτέρους τῶν ἀνθρώπων, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, ἐξαπατήσαντες, πρὸς τὸ τῆς ἀπωλείας κατέσπασαν βάραθρον, Ἀνάθεμα.

Ἀναθεματισμὸς δʹ.

Τοῖς λέγουσι πλὴν τῆς ἁγίας καὶ ζωαρχικῆς τριάδος, ἤγουν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τοῦ σαρκωθέντος λόγου, καὶ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος, ἑτέραν τινὰ εἶναι τριάδα, ἢ καὶ ὑπερκειμένην ἐξουσίαν, τὴν τῷ ὑπερτάτῳ τῶν ἑπτὰ οὐρανῶν ἐπικαθημένην, κατὰ τὴν βδελυρὰν καὶ ψευδεπίγραφον παρ᾽ αὐτοῖς τοῦ Ἡσαΐου Ὅρασιν, Ἀνάθεμα.

Ἀναθεματισμὸς εʹ.

Τοῖς ᵃ παρεισάγουσι ἑτέρας γραφὰς, ἢ τὰς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ παρὰ τῶν ἁγίων πατρῶν ἡμῶν παραδοθείσας, ἀνάθεμα.

Ἀναθ. ϛʹ.

Τοῖς λέγουσι, ᵃ ὡς ὁ ἐν κυρίῳ γάμος, καὶ ἡ κατὰ Θεὸν ᵇ κρεοφαγία

τὴν Παμφυλίαν ἐχώρησαν, καὶ ταύτην τῆς λώβης ἐνέπλησαν. Id eſt : *Flavianus quoque celeberrimus Pontifex Antiochenus, cum hos Edeſſa verſari, venenumque ſuum vicinis inſtillare didiciſſet, miſſa* * *Monachorum turba Antiochiam eos pertraxit, morbumque, quo laborabant, inficiantes hoc modo revicit:* * Calumniari nempe accuſatores, & mentiri teſtes, *dixit*; *Adelphiumque ætate grandævum benigne ad ſe vocans, & prope adſidere jubens*, Nos, *inquit*, o ſenex, qui vitam longius produximus, cum humanam naturam exactius novimus, tum adverſantium dæmonum conatus perſpectos habemus, uſuque ipſo gratiæ dona edocti ſumus. Iſti vero juniores cum ſint, & horum accurate nihil norint, ſpirituales audire ſermones non ſuſtinent. Quapropter expone mihi, qua ratione affirmetis, & contrarium ſpiritum recedere, & Spiritus Sancti gratiam advenire. *His verbis ſenex ille delinitus latens venenum totum evomuit, dicens*; ſacrum baptiſmum nullam iis, qui eum conſequuntur, utilitatem afferre, ſed ſola ſedula oratione inhabitantem dæmonem expelli. Omnes enim, qui eduntur in lucem, ex primo parente trahere ajebat quemadmodum naturam, ſic & dæmonum ſervitutem. His autem per ſedulas preces fugatis advenire deinceps Spiritum Sanctum, præſentiæque ſuæ ſenſibus & oculis ſignificationem dare : tum corpus perturbationum motibus liberando, tum animam ab inclinatione ad deteriora penitus avocando : ita ut nec jejunio jam opus ſit corpus coërcente, nec doctrina refrænante, & ad modum ordinemque inſtituente. Nec protervis ſolum corporis motibus eximi, qui hunc adeptus ſit, ſed futura etiam aperte prævidere, & divinam Trinitatem oculis contemplari.

Perfoſſo ad hunc modum fœtido fonte, aquiſque impietatis elicitis, miſerum ſenem ſic affatus eſt Flavianus : * Inveterate dierum malorum, ipſum te os tuum coarguat, non ego ; & labia tua contra te teſtimonium dicant. *Itaque hæreſi patefacta, Syriaque expulſi in Pamphyliam conceſſerunt, eamque hac peſte impleverunt.*

* Animadvertendum hic Flavianum illud ſine militibus, aut Præſidis provinciæ cognitione, ſua Epiſcopali auctoritate factitaſſe : unde liquet, quæ poteſtas tum temporis Epiſcoporum fuerit reducendi vi aberrantes a recta fide in viam, (quod hic defectu draconariorum non factum) vel e provincia expellendi, ne contagio ipſorum integri lædantur, *uvaque contacta livorem ducat ab uva.*

* Quod porro *accuſatores* mentiri dixit Flavianus, quo facilius Adelphium deciperet, non

hoc

que aliis, qui hæreſeos hujus venenum evomuerunt, ſimpliceſque homines cum viros, tum mulieres deceperunt, atque ita in perniciei barathrum præcipitaverunt, Anathema.

Anathematiſmus IV.

Iis, qui dicunt, præter ſanctam, & ſalutiferam Trinitatem, Dei ſcilicet Patris Verbi, quod caro factum eſt, Filiique Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Spiritus Sancti, aliam quandam eſſe Trinitatem, vel etiam ſuperiorem potentiam, in ſupremo ſeptem cælorum cælo ſedem ſuam habentem, ſecundum exſecrandam, & falſo ab ipſis Eſaiæ tributam, ac inſcriptam Viſionem, Anathema.

Anath. V.

Iis, qui alias introducunt ſcripturas, ſeu libros ſacros, quam quos Spiritus Sanctus pronuntiavit, & ſancti nobis patres tradidere, Anathema.

Anath. VI.

Iis, qui dicunt, nuptias, quæ in nomine Domini contrahuntur, car-

hoc mendacium eſt; (Hercules tuam fidem!) ſed pia fraus; cujuſmodi illa medici ſcalpellum ſpongia occultantis, ut extimeſcentis ferrum puellæ regiæ in mamma ulcus aperiret. Longe aliud quid veteratoria calliditas eſt. Hæc prudentia eſt, quam nobis Servator imperat; *Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.*

• Tandem infinitis partibus pejor eſt ac deteſtabilior hic error, quam vel turpiſſimum adulterium, vel peccatum a Caſa tantopere laudatum, prædicatumque. Hæc enim cupiditatis labes eſt: illa rationis corruptela.

1. *Ψευδεπίγραφον τοῦ Ἡσαΐου ὅρασιν*] Multa iſtiuſmodi conficta olim fuere ſcripta; cujuſmodi mihi in Cæſarea Vindobonenſi Bibliotheca viſa Vita Moyſis; qualis & Enochi liber, deliriaque alia Judæorum & Chriſtianorum; de quibus conſulendi Pſeudepigraphorum Refutatores, & Critici Sacri, Bellarminus, Rivetus, Dallæus, &c.

2. *Παρεισάγουσι ἑτέρας γραφάς*] cujuſmodi erant *ὁ ἀσκητικὸς*, de quo ſupra, qui Maſſalianorum dogmata continebat. Unaquæque namque ferme hæreſis ſuos habebat libros, & ſcriptores. Sic Ebionitæ Euangelium Matthæi Hebraïcum, quod D. Hieronymus in Latinum ſermonem vertit: Baſilidiani Euangelium Baſilidis, Tatianus & Encratitæ Euangelium *διὰ τεσσάρων*, &c.

3 *ὁ ἐν κυρίῳ γάμος*] abſtinere namque ſe a mulierum jactabant conſuetudine *ἐν ἀγνείᾳ ὄντες, καὶ ἐν ἐγκρατείᾳ*, non ſecus ac Eſſenos feciſſe Philo docet. Unde, quum *ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοινῇ τὸ κοιτάζειν εἶχον ἅμα γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι, (χοίρων δὲ τὸ τοιοῦτον εἶδος, καὶ κτηνῶν ἡ τοιαύτη συνήθεια) εἰς ἔκπληξιν ἡμᾶς*, inquit Epiphanius, *ἀναγκάζουσι φέρειν, ἐπαγγελλομένων αὐτῶν τὰς γυναῖκας συνάφειαν μὴ ἔχειν, τοὐναντίον μᾶλλον τὴν χλεύην ἀπεργαζόμενοι, καὶ τὴν τέλειον αὐτῶν ἐνδεικνύμενοι αἰσχύνην.*

Ibid. *ὁ ἐν κυρίῳ γάμος*] in hoc cum Electis Manichæorum conſenſerunt. Attamen ſicut nec hi, teſte Auguſtino de moribus Manichæorum, ingenitam humanæ naturæ in venerem propenſionem vincere potuere, ita nec Maſſaliani: eſtque elegans illa apud Photium de Lampetio Presbytero (unde *Lampetiani* dicti) narratio, qui virgunculam amplexus os ejus fuiſſe ſuaviatus, item diaconiſſam quandam Hieroſolymis familiarius cognoviſſe accuſabatur; tum & morbi medelam petentibus, *pulchram puellam prius adducerent* juſſiſſe: *ita demum ſe ſacrum ipſis oleum impertiturum.* Atqui hæc virtutum exempla ſi ignoraremus, quanta venuſtas eccleſiaſticis abeſſet ſcriptoribus? Ergo hæc triſtioris ſeveriorisque hiſtoriæ quædam quaſi condimenta ſunt.

4. *Κρεοφαγία*] ex Pythagoræ ſententia, qui abſtinentiam ab animalibus docuit. *Cui non dictus Hylas?* vide & quæ poſtea de Manichæis dicentur.

γία, βδελυκτά εἰσι τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τοῦτο ἀμφότερα ἀνατρέπουσιν, ἀνάθεμα.

Ἀναθ. ζ.

Τοῖς τὰς παραδοθείσας ἡμῖν [1] εὐχάς τε [2] καὶ ὑμνῳδίας, πρῶτον μὲν παρὰ τῶν θείων ἀποστόλων, πληροῦσθε γάρ, φησὶν ἐν πνεύματι λαλοῦντες, ἑαυτοῖς ψαλμοὺς, καὶ ὕμνους, καὶ ᾠδὰς πνευματικάς. ἔπειτα δὲ καὶ καθεξῆς παρὰ τῶν θείων καὶ μακαρίων Ἐκκλησίας πατέρων καὶ διδασκάλων. τοῖς οὖν ταύτας πάσας [3] ὡς βαττολογίας ἀναιρέπουσι, καὶ διαβάλλουσι. ἐν ἀρχῇ δὲ τῆς [4] ἀπὸ τοῦ Θεοῦ διαστάσεως, μόνον τὸ Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, μετὰ τὸ [5] εἰς γῆν κατακλίσεως ἐκπαιδεύουσιν [6] ποιεῖσθαι ἄνευ τῆς τοῦ δεσποτικοῦ σημείου τῷ προσώπῳ σταυρικῆς ἐκτυπώσεως, προφάσει μὲν, ὡς τοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν τοιαύτην εὐχὴν παραδόντος, τῇ δ' ἀληθείᾳ, [7] ἐπὶ κλήσει τοῦ βδελυροῦ αὐτῶν πατρὸς τοῦ σατανᾶ· τούτου γὰρ χάριν καὶ τὴν σταυρικὴν σημείωσιν ἀποβάλλονται, καὶ τὸ παρὰ τῶν θείων φωστήρων καὶ τῆς ἐκκλησίας καθηγητῶν [8] προστεθὲν ἀκροτελεύτιον ἐπιφώνημα, εἰς δόξαν τῆς ὁμουσίου καὶ ἀδιαιρέτου τριάδος, τὸ ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δόξα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὐδὲ ἀκοῦσαι ἀνέχονται. τοῖς οὖν οὕτω φρονοῦσι καὶ διδάσκουσι, καὶ ἄχρι τέλους τῇ τοιαύτῃ πονηρᾷ [9] ἐνστάσει ἐμμένουσιν, ἀνάθεμα.

Ἀναθ. η.

Ταῖς τὰς [10] ἐν ἐκκλησίαις συνάξεις βδελυττομένοις, καὶ ἐν ἰδιάζουσι τόποις προυκαθημένοις, καὶ διδάσκουσι, προφάσει μὲν [11] ἡσυχίας χάριν, τῇ δ' ἀληθείᾳ ἐπὶ τῷ τῆς βεβήλου αὐτῶν πλάνης ἀνεξέλεγκτα μένειν,

1. Εὐχὰς καὶ ὑμνῳδίας] quas & Paulus Samoſatenus rejecit; ut eſt apud Euſeb. l. VII Eccl. Hiſt c. XXX, in epiſtola Synodica Antiochena: ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας, ὡς δὴ νεωτέρους, καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα: *Cantica quoque & hymnos in honorem domini noſtri Jeſu factos abrogavit, tamquam novitios, & a nuperis hominibus compoſitos.*

2. Καὶ ὑμνῳδίας] Photius de Lampetio: καὶ ὅτι τοὺς τὰς ὥρας ψάλλοντας ἐξεμυκτήριζε, καὶ διέσυρεν, ὡς ὑπὸ νόμον ἔτι τυγχάνοντας. Καὶ ἄλλα ἄττα ἀθέμιτα διεβέβλητο, ἃ τοῖς Μασσαλιανοῖς καὶ ποιεῖται, καὶ λέγεται: *Tum & horas cantantes irriſiſſe, naſoque adunco ſuſpendiſſe, velut adhuc ſub lege exiſtentes, nec non alia multa commiſiſſe arguebatur, quæ ab Maſſalianis fieri, dicique ſolent.*

3. Βαττολογίας] ſine dubio litaniæ hic deſignantur, quæ ab hæreticis, & Catholicæ religionis elegantias irridentibus, pro meris & fatuis battologiis habentur. O inſanos homines, & a vero Divinitatis ſenſu remotos!

4. Ἀπὸ τοῦ Θεοῦ διαστάσεως] non ſatis, quid hic auctor ſibi velit, capio; niſi ſi hæreticorum ad Deum per preces & ſacra aditum διάστασιν potius appellandam innuere vult, quam πρόσοδον καὶ κοινωνίαν.

5. Εἰς γῆν κατακλίσεως] qui prolapſus totius

carniumque uſum a Deo permiſſarum, Deo abominabilia eſſe, illaque propterea rejiciunt, & condemnant, Anathema.

Anath. VII.

Iis, qui traditas nobis preces, & cantiones ſacras, ac primum quidem ab SS. Apoſtolis imperatas, (ut, quum D. Paulus ait: *Implemini ſpiritu, loquentes invicem in Pſalmis, hymnis, & cantionibus ſpiritualibus*:) tum & quæ deinceps a divinis, beatiſque Eccleſiæ patribus & doctoribus relictæ ſunt: his, inquam, qui eas omnes, ut futilem ac inanem repetitæ invocationis loquacitatem rejiciunt, & culpant: in principio autem ſuæ a Deo diſceſſionis ſolummodo, *Pater noſter, qui es in cælis*, cum adoratione orare docent, abſque dominico figuræ crucis in facie ſignaculo; dominum noſtrum Jeſum Chriſtum orationem iſtam nobis tradidiſſe prætexentes; revera autem, ut exſecrandum patrem ſuum ſatanam invocent: (hujus enim gratia a S. crucis ſignaculo abhorrent, & illud a divinis eccleſiæ luminibus ac ducibus additum extremum, quod orationi dominicæ in gloriam conſubſtantialis, & individuæ Trinitatis in precando ſubjicitur corollarium, *quia tuum eſt regnum, & potentia, & gloria, patris, & filii, & Spiritus Sancti*, ne audire quidem ſuſtinent:) Iis igitur, qui ita ſentiunt, ac docent, & ad finem uſque in iſtiuſmodi prava inficiatione perſeverant, Anathema.

Anath. VIII.

Iis, qui conventus in eccleſiis averſantur, & in privatis locis præſident, docentque, ſpecie quidem majoris quietis cauſa, reapſe autem, ut profani eorum erroris dogmata redargui nequeant, ſed ignobilia de- [illegible] lite-

totius corporis eſt in terram: ſicut Chriſtus patrem ſuum adoraſſe legitur Matth. XXVI, 39. Alias etiam in terra conſediſſe precantes videri poſſint. Nam, ut Tertullianus ait de Oratione c. XII: *quidam adſignata oratione adſidebant*. Et hæc proprie eſt εἰς γῆν κατάκλισις.

6. ποιεῖσθαι] neſcio an rectum ſit. Si rectum, ποιεῖσθαι τὸ πάτερ ἡμῶν eodem modo dici exiſtimandum eſt, ut ποιεῖσθαι λόγον, *verba facere*. mox legam, ἐν τῇ προσευχῇ.

7. Ἐπικλήσει] ita v. c. repoſui, ἐπὶ κλήσει: i. e. *ad invocationem*: vel, *ut invocent*.

8. Προσθήκην ἀκροτελεύτιον] multa olim iſtiuſmodi ad dignoſcendos hæreticos a Catholicis addita: ut vel ex Auctore commentarioli in Symbolum Apoſtolicum inter D. Cypriani opera conſtat: quæ poſtea Catholica Eccleſia abrogavit; ſicut & nunc particula quoque illa, ſeu clauſula Orationis Dominicæ, *Quia tuum eſt regnum &c.* de qua mox, apud Catholicos omitti ſolet, licet ab ipſo Matthæo cap. VI tradita; efficacius exiſtimantes ad liberationem a malo ſignaculum S. Crucis, quo ſe muniunt, ac ſatanam abigunt.

9. Ἐνστάσει] ἔνστασις hic contumax eſt adverſus veritatem repugnantia: ſeu pertinacia in errore, & corrupta de ſacris ſententia. Mox enim πλάνην vocat.

10. Ἐν ἐκκλησίαις συνάξεις] Conqueſti ſunt ea de re jam ipſi ſtatim Apoſtoli, & inprimis Auctor epiſtolæ ad Hebræos, Ignatius deinde, Polycarpus, & alii.

11. Ἡσυχίας χάριν] Jam tum fuere Quietiſtæ, & qui loca ſola peterent, quo liberiore & attentiore animo cum Deo loquerentur. Poſſint & D. Auguſtini huc referri *ſoliloquia*: ſed horum alia ratio eſt.

Ἐν

σιν, καὶ ἀδιάγνωστα, ἵν' οὕτως ἐν παραβύστῳ τὸν ὅλον ἰὸν τῆς αὐτῶν αἱρέσεως τοῖς ὑπ' αὐτῶν πλανηθεῖσι ἐκχέωσι, τούτοις πᾶσι ἄχρι τέλους τῇ τοιαύτῃ πλάνῃ ἐμμένουσιν, ἀνάθεμα.

Ἀναθ. θ'.

Τοῖς τὰς εἰς δόξαν Θεοῦ παραδοθείσας ἡμῖν παρὰ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων [1] ἐκκλησίας οἰκοδομεῖσθαι ὡς ἔργα χειρῶν διαβάλλουσι, καὶ κατοικητήριον δαιμόνων ταύτας λέγουσι, καὶ οὕτως ὁδῷ βαδίζουσιν ἀκολούθως, [2] καὶ τὴν τῶν θείων καὶ [3] ἱερῶν εἰκόνων στήλην [4] ἀναστήλωσιν, καὶ τὴν τούτων τιμὴν, καὶ προσκύνησιν ἀνατρέπουσιν, ὡς ὅλως διεφθαρμένοις καὶ σεσηπόσι μέλεσιν, ἀνάθεμα.

Ἀναθ. ι'.

Τοῖς σπεύδουσιν ἐπ' ἀνατροπὴν τῆς κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας, ἣν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς ἐνετείλατο, ὥστε τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας βαπτίζειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ, ἐὰν μήτις γεννηθῇ δι' ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ: Τοῖς οὖν πρὸς ταῦτα πάντα τυφλώττουσι, καὶ ὑπὸ τῆς ἐνεργοῦς ἐν αὐτοῖς σατανικῆς ἐνεργείας τολμῶσι φλυαρεῖν, τὸ ἅγιον βάπτισμα [5] ὕδωρ εἶναι ψιλὸν, ὡς ἔξω καὶ τῆς πίστεως ἡμῶν οὖσι, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀλλοτρίοις, καὶ καθάπαξ Θεοῦ, ἀνάθεμα.

Ἀναθ. ια'.

Τοῖς ἀκολούθως τῶν τοιούτων ληρημάτων καὶ παραφρονημάτων [6] καὶ τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρὸν [7] φύλακα ἀποκαλοῦσι, καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα ὕδωρ ψιλὸν, μηδὲ ἄφεσιν ἔχον ἁμαρτιῶν, μήτε ἐκ πνεύματος, ἀλλὰ παρ' ἑαυτῶν ὑποχυνομένοις δίδοσθαι τὸ ἐκ πνεύματος ὅτε τοὺς ἑαυτῶν βδελυκτοὺς μύστας τὸ ψευδομοναχικὸν σχῆμα μεταμφιάζουσι, καὶ τοιαύτην τηνικαῦτα ποι-

1. *Ἐκκλησίας ὡς ἔργα χειρῶν*] eadem fere & Manichæi dicebant, qui Catholicis Paganorum, ſive gentilium, objectabant ac Judæorum imitationem. Et hinc tumidus ille, ac ſuperbiam ſpirans Fauſtus apud D. Auguſtinum, lib. xx adverſus Fauſtum: *Ego ab his* (paganis) *in hoc quoque multum diverſus incedo, qui ipſum me, ſi modo ſum dignus, rationabile Dei* templum *puto, vivum vivæ majeſtatis ſimulacrum*: *Chriſtum* filium *ejus accipio*: aram, *mentem bonis artibus & diſciplinis imbutam*; honores *quoque* divinos, *ac* ſacrificia *in ſolis orationibus, & ipſis puris ac ſimplicibus pono. Quomodo ergo ſchiſma ſum paganorum?*

2. *Καὶ τὴν τῶν θείων, καὶ ἱερῶν εἰκόνων*] Heraclides Nyſſæ Epiſcopus epiſtolas duas adverſus hanc ſcripſiſſe ſectam a Photio memoratur, quarum altera ſanctarum imaginum cultus vetuſtatem explicuerit. Paulo ante pro *οὕτως ὁδῷ*, legam lubens *ταύτῃ*, vel *τούτων ὁδῷ*.

3. *Ἱερῶν εἰκόνων*] Imago olim nulla, adeoque nullus imaginum cultus in eccleſia Catholica fuit, ut eſt apud Clementem Alex. in Paræneſi p. 34: quod ipſum & Agobardus aſſerit toto volumine, De non adorandis maginibus. Verum poſt Conſtantinum ſenſim

liteſcant, adeoque ut in abdito omne ſectæ ſuæ venenum animis a ſe in errorem deductorum eo facilius infundant; hiſce, ſi ad vitæ extremum terminum in errore perſeveraverint, Anathema.

Anath. IX.

Iis, qui eccleſias a Sanctis Apoſtolis nobis traditas in honorem Dei ædificari non debere ſentiunt, eaſque ut opera manuum calumniantur, & dæmonum eſſe dicunt habitacula, atque ita prava via incedentes conſequenter & divinarum ſacrarumque imaginum venerandam rejiciunt erectionem atque cultum, velut omnino corruptis putridiſque membris, Anathema.

Anath. X.

Iis, qui ad evertendam domini, ac Dei, & ſervatoris noſtri Jeſu Chriſti doctrinam properant, quam SS. diſcipulis ſuis commendavit, ut in ſe credentes in nomen Patris, & Filii, & Spiritus S. baptizarent; &, qui non per aquam & ſpiritum renaſceretur, eum non introiturum regnum cœlorum, prædicarent; his igitur ad hæc omnia cœcutientibus, & qui ab operante in ipſis Diabolica efficacia agitati effutire non verentur, ſacrum baptiſma meram aquam eſſe, velut hominibus a noſtra fide alienis, & ab eccleſia, atque ipſo omnino Deo remotis, ſejunctiſque, Anathema.

Anath. XI.

Iis, qui conſimilibus itidem nugis & contemtibus indulgentes venerandam & vivificam crucem *furcam* appellant, & ſacrum baptiſmum aquam meram eſſe exiſtimant, quæ remiſſionem non adferat peccatorum: neque ex efficacia ſpiritus, ſed ex ſe ipſis dare ſe promittunt, quod Spiritus S. eſt beneficium, quum abominandos ſuos ſacerdotes veſte falſo dicta monachica induunt, ac deinceps per ſe ordinis nomen con-

ſim in eccleſias admiſſæ ſunt, traducto gentilium cultu ad imaginum venerationem ac Sanctorum veræ religionis antiſtitum. Sed hæc, & quæ huc de Iconoclaſtis adferri poterant, omnia notiſſima ſunt.

4. Ἀνασήλωσιν] ſolebant imagines ac ſtatuæ principum virorum columnis, & cippis imponi, quo conſpectiores eſſent. Exempla in nummis Græcorum Latinorumque compluria paſſim occurrunt. Hinc ad Sanctorum imagines tranſlatus honor eſt; quemadmodum nuper & SS. Trinitati illiuſmodi columna Viennæ Auſtriæ a pientiſſimo Cæſare Leopoldo erecta eſt.

5. ὕδωρ εἶναι ψιλὸν] id eſt, ſine efficacia ſpirituali; adeoque nec ſacramentum ablutionis animæ per ſanguinem Chriſti a peccatis.

6. Τὸν τίμιον, καὶ ζωοποιὸν σταυρὸν] recte ſane ζωοποιὸς appellatur: nam abſque cruce fuiſſet, æternæ mancipati homines forent morti. Et hinc cruci tantus in eccleſia Catholica habetur honos. Videſis Tertullian. in Apologetico. c. XVI.

7. Φυλκαν] *furcam*. v. Meurſii Gloſſarium Græco-barbarum.

ποιουμένοις κατ' αὐτῶν τὴν ἐπίκλησιν, μᾶλλον δὲ τὸν τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων αὐτῶν καταποντισμὸν, Ἀνάθεμα.

Ἀναθ. ιβ'.

Τοῖς λέγουσι, ὡς [8] ἡ μετάληψις τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, [9] ἄρτου ψιλοῦ καὶ οἴνου ἐστὶ μετάληψις, (ὡς καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἐκ λαϊκῶν μεταβληθέντας μετὰ τροφῆς προσέρχεσθαι, καὶ μεταλαμβάνειν ἀποκρίσεως χάριν, καὶ τοῦ λανθάνειν [10] παραγγελίας· τοὺς δὲ ἐκ πρεσβυτέρων μεταπεθέντας, φαγόντας) καὶ τὰ τῆς θείας καὶ φρικτῆς ἱερουργίας [11] ἐπιτέλεια ἐπιτρέπουσιν, ὡς φανερῶς ἀντιχρίστοις, κᾂν αὐτοὶ [12] Χριστοπολίτας ἑαυτοὺς ὀνομάζωσι, Ἀνάθεμα.

Ἀναθ. ιγ'.

Τοῖς ἐπ' ἀνατροπῇ τῆς ὅλης εἰς Θεὸν πίστεως καὶ ἄλλα μὲν πονηρὰ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἀθλίως τελουμένοις τελοῦσι, καὶ ἀντὶ μὲν τοῦ θείου καὶ ἱεροῦ [13] ἐμφυσήματος, ὃ παρὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ παρελάβομεν, ἐπὶ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μυστικῇ ἐμπνεύσει, ἐμπτύουσι τοῖς ὑπ' αὐτῶν τελουμένοις ἐμπτύσμασι, ὧν καὶ αὐτοί εἰσιν ἄξιοι. Ταῦτα τοῖς ὑπ' αὐτῶν τελουμένοις ποιοῦσιν, ἃ κατὰ τῶν δαιμόνων αὐτοὶ ποιοῦμεν, προσέτι καὶ ὕδατι μεμιασμένῳ κάτωθεν ἕως ἄνω [14] διὰ σπόγγου ἀναχρίουσιν ἐπ' ἀνατροπῇ τοῦ τε ἁγίου βαπτίσματος, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Πνεύματος φωτιστικῆς παρουσίας, Ἀνάθεμα.

Ἀναθ. ιδ'.

Ὅλοις τοῖς αἱρετικοῖς, ἀνάθεμα.

Πολλὰ τὰ ἔτη τῶν καλῶν [15] Βασιλέων. Τοῦ Ὀρθοδόξου ἡμῶν [16] Βασιλέως πολλὰ τὰ ἔτη. Τοῦ ὀρθοδόξου ἡμῶν [17] Βασιλέως τοῦ Πορ-

8. ἡ μετάληψις] participatio, vulgo *communio.*

9. ἄρτου ψιλοῦ] At quanto rectius Irenæus, Vir Apoſtolicorum fere temporum, lib. IV, c. 34: *Qui eſt a terra panis, percipiens vocationem Dei, jam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia, ex duabus rebus conſtans, terreno, & cæleſti.*

10. παραγγελίας] delationes, ſive indicia: ſeu potius emiſſarios delatores, qui ipſos quid facerent, obſervarent, & ad epiſcopos Catholicos illud referrent: ὡς καὶ νῦν.

11. ἐπιτέλεια] id eſt, perfectionem, & quaſi ultimum opus, quo perfecto ſacro ritui nil deeſt, omniaque ſuis numeris abſoluta ſunt, ac ratæ preces. Alias ſimpliciter etiam ἐπιτελεῖν τὰ πάτρια, ſeu τὴν θυσίαν dicuntur, qui rem ſacram peragunt, ac ritus ſolemnes exſequuntur. Mox legendum puto, διατρέπουσιν, pro ἐπιτρέπουσιν.

12. Χριστοπολίτας] Optime. Niſi quod efficacius ad devinciendum ſibi arctius Servatorem, non a civitate Chriſti, ſed a ſocietate Jeſu petitum ſibi nomen S. Ignatius induit, & hunc ſe uti Religionis Catholicæ defenſores acerrimi Jeſuitæ.

13. ἐμφυσήματος] ter illa inſufflatio in faciem & aures eorum, qui baptizabantur, re-

conferunt, ſeu potius animæ ipſis & corporis interitum adferunt, Anathema.

Anath. XII.

Iis, qui dicunt, communionem venerandi corporis & ſanguinis Domini ac ſervatoris noſtri Jeſu Chr. meri panis & vini eſſe participationem. (ſic ut eapropter & hi, qui e laïcis tranſierint, cum cibo accedant, ac ſimulandi, latendique gratia delatoribus, illum pro S. cœna ſumant; qui vero e presbyteris ad eos acceſſerint, revera comedant) atque ita Divini ac tremendi ſacrificii inſtitutionem evertunt, ut plane Chriſti hoſtibus, tametſi ſe ipſi *Chriſtopolitas* vocitant, Anathema.

Anath. XIII.

Iis, qui ad univerſæ in Deum fidei ſubverſionem cum multa alia peſſima in his, qui ab ipſis infeliciter initiantur, obſervant, tum pro divina ſacraque inſufflatione, quam a Domino noſtro Jeſu Chr. in Spiritus Sancti inſpiratione adhibitam accepimus, initiandis ab ſe ſputa inſpuunt, quibus ſane ipſi maxime digni ſunt: his igitur, qui hoc in initiandis a ſeſe exſequuntur, quod nos adverſus dæmones facimus: quique inſuper aqua eos immunda ab infimo ad ſummum, ſive a calce ad caput, ſpongiis illinunt, quo certe ſacri baptiſmatis, & illuminatricis Dei Spiritus præſentiæ ſubverſio efficitur, Anathema.

Anath. XIV.

Cunctis inſimul hæreticis Anathema.

Deus optimis Imperatoribus vitam longævam largiatur. Vivat diu Rex noſter Orthodoxus. Vivat diu Rex noſter Orthodoxus Porphyro-

repetebatur. Vide ea de re Canonem Eccleſ. univerſalis 170.

14. *διὰ σπόγγων*] in Eccleſia Catholica presbyteri baptiſmi candidatos exutis veſtibus toto corpore inungebant, ut eſt apud Dionyſium Areopagitam; poſtquam ter ab epiſcopo oleo ſignati erant: At hi hæretici totum hominem aqua, eaque polluta, a calce ad caput illinere ſolebant.

15. *Βασιλέων*] intelliguntur hic conjunctim Imperatores duo Alexius Comnenus, & filius ipſius Joannes Comnenus Porphyrogenitus. LAMBECIUS.

16. *βασιλέως*] intelligitur ſolus Imp. Alexius Comnenus, qui A. C. 1081 cœpit imperare, & A. 1118 obiit. LAMBECIUS.

17. *βασιλέως τῦ*] intelligitur ſolus Imp. Joannes Comnenus Porphyrogenitus, qui jam a Patre ſuo Alexio ſucceſſor imperii declaratus fuit, antequam Baſilius Bogomilorum hæreticorum coryphæus Conſtantinopoli combuſtus eſt. Contigit enim hoc circa finem imperii Alexii Comneni, ideoque ab Anna Comnena Alexiados l. xv, p. 495, vocatur *ὕστατον ἔργον καὶ ἆθλον τῶν μακρῶν ἐκείνων πόνων καὶ κατορθωμάτων τῦ Αὐτοκράτορος*. *Ultimum opus ac labor diutinorum laborum & rerum praeclare geſtarum Imperatoris.* Quamvis autem hiſtoria combuſtionis Baſilii a Cardinale Baronio Annal. Eccleſ. Tom. XII anno Chr. 1118, quo Imp. Alexius Comnenus obiit, inſerta ſit, revera tamen eo non pertinet, quippe quæ anteceſſit obitum Patriarchæ Nicolai, ut teſtatur Anna Comnena Ale-

Πορφυρογεννήτου πολλὰ τὰ ἔτη. Ὁ Θεὸς φυλάξει τὸ κράτος αὐτῶν. Ὁ Θεὸς τὴν βασιλείαν αὐτῶν εἰρηνεύσει. Οὐράνιε βασιλεῦ τοὺς ἐπιγείους φύλαξον. Τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ [18] Πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη. Ταῦτα τῆς πονηρᾶς ἀσεβείας τὰ σπέρματα, ταῦτα τῆς ἀθείας τοῦ πονηροῦ Σατὰν τὰ βλαστήματα. Ἡμεῖς δὲ ὁ τοῦ Χριστοῦ λαὸς ὁ ἐξαίρετος τῶν θείων καὶ Ἀποστολικῶν διδαγμάτων, καὶ τῶν πατρικῶν ὁλοψύχως ἐχόμεθα παραδόσεων, φεύγοντες ὅλῃ ψυχῇ τὰ μυσαρὰ τῆς ἀσεβείας διδάγματα, καὶ πόῤῥω τῆς αὐτῶν ὀλεθείας γινόμενοι θρησκείας, Θεῷ δὲ καθαρῶς λατρεύοντες, τῷ ἐν τριάδι προσώπων, εἴτουν ὑποστάσεων, γνωριζομένῳ καὶ σεβομένῳ, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Alexiados lib. XV., p. 488, his verbis: *Προὐκάθητο δ' ἄρα τὸ τηνικαῦτα τοῦ τῆς βασιλίδος πόλεως θρόνου ὁ ἐν Πατριάρχαις μακαριώτατος ὁ γραμματικὸς ὁ κύριος Νικόλαος, καὶ ἀνεγινώσκετο τὰ δυσσεβῆ δόγματα*, &c. *Obtinebat tum temporis regiæ civitatis epiſcopalem ſedem beatiſſimus Patriarcha, Grammaticus Dominus Nicolaus, qui, ubi impia hæc dogmata lecta &c.* Certo nempe conſtat, jam memoratum Patriarcham Nicolaum obiiſſe A. C. 1117. LAMBECIUS.

18 Πατριάρχου] intelligitur Nicolaus, tertius ejus nominis Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui non multo poſt ſupra memorati hæreſiarchæ Baſilii combuſtionem obiit, A. C. 1117. vide Card. Baronii Annal. Eccleſ. tom. XII, an. 1117, num. 20. LAMBECIUS.

Et hæc quidem de notabili illa Panopliæ Euthymianæ Appendice in præſens obiter ſufficiant. Integram autem eandem Appendicem poſthac, volente Deo, Græce & Latine publicabo in Supplemento Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ, ex Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea deinceps ſeparatim edendi: ſimul etiam tunc ibidem inſignem illum locum libri decimiquinti Alexiados Annæ Comnenæ, ubi de Baſilii Maſſalianorum, & Bogomilorum coryphæi, per Imp. Alexium Comnenum inquiſitione, condemnatione & combuſtione, ſatis prolixe agitur, neceſſaria explanatione illuſtrabo. LAMBECIUS.

Erat ſcilicet hoc Lambecio, Viro eruditiſſimo, & ſiquis alius induſtrio, propoſitum, quod nos nunc ſumus cum volente ac favente Deo exſecuti. Illum quidem, quo minus hanc Appendicem ederet, fatum immaturum



T A-

rogenitus. Cuſtodiat Deus imperium eorum. Pacem Deus regno eorum impertiatur. Rex cæleſtis, terreſtres quæſumus reges cuſtodi. Vivat diu Sanctiſſimus & Oecumenicus Patriarcha. Hæc ſunt pravæ impietatis ſemina, hæ peſſimi Satanæ Deo adverſantis propagines. Nos autem Chriſti electus populus Divinas, & Apoſtolicas, ac a patribus ad nos tranſmiſſas toto animo teneamus traditiones, tota mente impura illa impietatis dogmata fugientes, longeque a pernicioſa eorum doctrina remoti ac puro pectore Deo ſervientes, qui nobis in perſonarum, ſive ſubſtantiarum trinitate patefactus rite colitur: cui ſit gloria, & potentia, in ſecula ſeculorum, Amen.

impedivit: nos vero, dum vita ſuppetet, excuſſa deſidia ſemper aliquid in commune bonum moliemur novi. Ceterum quod in initio Ἔλεγχος, *Victoria* potius, quam *Confutatio*, verterim, ſplendori vocis datum eſt, quæ auguſtior mihi viſa, & argumento convenientior, quod confutationem nullam, ſed ipſam tantum damnationem continet. Ἐπὶ φανῇ μόνον. Sed rectius *Damnatio*. Ἔλεγχος enim Græcis aliquando *tabella*, ſeu *periculum*, unde ſententia in reos pronuntiabatur. Tum veo vox Θρίαμβος Latine commodius aliquando *Traductio* dicatur *Triumphalis*, qua velut in pompa celeberrima per omnium ora damnati trahuntur. Factum id præcipue in ſervis ad crucem damnatis, ut & in aliis noxiis, qui ad ſupplicium ducebantur. Vide inter alios Suetonium in Vitellio, cap. XVII, & notas ad eum Caſauboni, item Nicephori Breviarium, & Philonem Judæum in Flaccum. Heraclides περὶ πολιτ. moechos apud Lepreatas totum triduum ita per urbem traductos refert. Græci παραδειγματίζειν hoc vocarunt. Quare & duo illa verba a Gregorio Nazianzeno in Orat. de Baptiſmo conjuncta, ubi de peccato ita loquitur: παραδειγματίσας αὐτὴν ſcil. τὴν ἁμαρτίαν, καὶ θριαμβεύσας, ὡς ἀξίαν ὕβρεως: *Oſtentans illud & traducens, utpote dignum contumelia.* Exemplum clariſſimum in pompa Hæreticorum triumphali, quum a S. Inquiſitionis officio damnati ad ignis ſupplicium ducuntur: ubi, quemadmodum in triumphis olim captivi reges magnificentiſſimis ornari veſtibus ſolebant, ita & hi picta malorum dæmonum imaginibus veſte exculti populo oſtentantur.

[1] ΤΑ'ΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕ'ΝΗ ἐπὶ τοῖς ἀπὸ [2] ΜΑΝΙΧΑΙ'ΩΝ καὶ [3] ΠΑΥΛΙΚΙΑΝΩ͂Ν ἐπιστρέφουσι πρὸς τὴν [4] καθαρὰν καὶ ἀληθῆ πίστιν ἡμῶν [5] τῶν ΧΡΙΣΤΙΑΝΩ͂Ν.

*** [6] ΔΕηθέντες ὕλης τῆς μηδέπω οὔσης, μήτε βυρσῶν καὶ νεύρων, καὶ σωμάτων, καὶ ἱδρώτων, τῶν πονηρῶν ἀρχόντων, οὓς ὁ Μάνης ἀνέπλασεν.

Ἀνα-

1. Τάξις γινομένη] *Fragmentum hoc impreſſum in Pariſ. editione: ſed duplo auctius eſt hoc exemplar noſtrum, & ac ſingularia multa ad Hiſtoriam Manichaiſmi pertinentia continet, quæ in editione Pariſina omnino deſiderantur. Cujuſmodi inter alia varia eſt Anathematizatio præcipuorum quinque librorum Manichæorum, nempe libri Epiſtolarum Manetis, Evangelii vivi, Theſauri vitæ, Libri Myſteriorum, Heptalogi, cujus auctor Agapius, & libri Sapientiæ compoſiti ab Ariſtocrito. Notandum porro eſt etiam Petri Siculi Hiſtoriam Hæreſeos Manichæorum, a R. P. Matthæo Radero S. I. Ingolſtadii A. 1604. Gr. lat. editam, beneficio præſtantiſſimi hujus codicis plurimum poſſe emendari, illuſtrari, & augeri.* LAMBECIUS.

Ibid. Τάξις γινομένη] Hic titulus erat huic opuſculo in indice, qui cuncta manuſcripti Cæſ. Bibl. codicis, unde hæc petita ſunt, contenta complectebatur. Ceterum tres erant ordines eorum, qui ad Eccleſiam Catholicam accedebant. Primus eorum, qui baptiſmo indigebant: ſecundus eorum, qui non baptizabantur, ſed ungebantur ſacro unguento: tertius tandem eorum, qui nec baptizabantur, nec ungebantur, ſed ſolummodo ſuam omnemque aliam hæreſin anathematizabant. Inter primos erant Manichæi. vide Timotheum Presbyterum CPolitanum de iis, qui ad Eccleſiam Catholicam accedunt, in initio.

2. Μανιχαίων] *Manichæis*, uti notum, a *Manete* Perſa nomen: quem origine Brachmanem fuiſſe Suidas aſſirmat. Vixit ille ſub Aureliano Imperatore, cujus imperii anno quarto, ſive anno Chr. 274. per Meſopotamiam, locaque contermina, hæreſeos ſuæ venenum ſparſit. *Scythianum* etiam, quum adhuc in ſervitute degeret, atque item *Cubricum*, inque familiari ſermone. *Cucubricum* (niſi hoc librarii vitium eſt) appellatum idem Suidas docet: pro quo male nunc *Urbicus* apud D. Auguſtinum legitur lib. de Hæreſibus. Nomen ejus Epiphanius Babylonicum, ſive Perſicum, eſſe & *Vas* ſignificare ait. Immo & Hebræis מאן *Man*, *vas*, item *donum*, ſeu *munus* ſignificat. Quia vero Græcis, aut Græca intelligentibus adverſariis vox illa Μάνης uberem irridendi anſam præbebat, quaſi a Græco μανία, *inſania*, ſeu μαίνομαι, *inſanio*, derivata eſſet, & ſic nomen & omen inſaniæ Maneti obtigiſſet; tum quod & eadem vox Μάνης ſtupidum ſignificaret, (ut apud Ariſtophanem, Μεγαίνεται ὁ Μάνης) Manichæi *Mannichæos* ſe vocari volebant, quaſi derivato nomine a מנחת *manahath*, *requies*. Nec apud Judæos iidem contumelia caruerunt, qui omnes impios *Manetes* appellarunt, ut Gaulminus ex Elia in Theſb. colligit in ſuis ad Pſellum notis.

Doctrinam ſuam Manes a *Budda*, cui antea *Terebinthi* nomen, accepit. Græcis hic *Budda* literis imbutus Empedoclis opinionem amplexus dicitur, duo rerum pugnantia inter ſe principia ſtatuentis, φιλίαν καὶ νεῖκος, *Amicitiam* & *Contentionem*. Verum rectius a Perſis, ſeu Perſarum Magis, id accepiſſe videtur, qui ἀγαθὸν δαίμονα, καὶ κακὸν δαίμονα, ſive *bonum* & *malum Deum* ſtatuebant, ut eſt apud Laërtium in prooemio ex Ariſtotelis l. I de Philoſophia, & apud D. Auguſtinum, l. V de Civ. Dei, c. XXI: ſive, ut Zoroaſter, primus hujuſce ſententiæ auctor, eos appellabat, *Oromaſdem*, & *Arimanium*; *Zaſrada*, ſive *Zarouam*, Arabice *Zarahen*, id eſt, *omnium ſatore*, genitos: de quibus fuſe Gaulminus ad Pſellum de Dæmon. & Voſſius lib I de Idol. c. V. Adeatur & Epiſtola Theodori Mopſueſtiæ Epiſcopi de Perſarum Magia apud Photium in Bibliotheca: item, quæ de duobus Principiis Celſus habet apud Origenem adv. Celſum lib VI, p. 303. Collegit quoque nonnulla Eruditiſſimus Burnetus in Archaiologia Coſmica part. II, p. 401.

Na-

Formula *recipiendi eorum, qui a* Manichæorum *&* Paulicianorum *hæreſi ad puram & veram noſtram fidem* Christianorum *convertuntur.*

*** Invocantes materiam, quæ non exſtat: uti neque pelles, nec nervi, neque corpora, neque ſudores malorum iſtorum principum, quos Manes finxit.

Ex-

Natum ſeſe impoſtor hic Budda e virgine ajebat, & in montibus educatum. Scripſit autem libros quatuor, *Myſteria*, *Euangelium*, *Theſaurum*, & *Capita*. Periit, ut plerique omnes hæreſiarchæ, morte dira & exſecrabili, ab impuro ſpiritu interfectus, *ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου συντελεσθείς*. Heres bonorum ejus librorumque vidua quædam dives fuit, ad quam diverterat. Illa vero Manetem ſeptennem puerulum mercata, literis poſtea eruditum, libertateque donatum, heredem inſtituit. Atque hoc pacto ad Manetem Buddæ ſcripta tranſiere: quibus ille tamquam ſuis magnam deinde terrarum orbis partem pervertit, peſtiferiſque opinionibus infecit.

D. Auguſtinus hæreticos eum antiquos ſecutum ait lib. de Hæreſ. nimirum *Marcum* quendam, unde *Marcitæ*; & antiquiores his *Cerdonem*, atque *Gnoſticos*, quorum auctor *Carpocrates*. Videtur autem hoc ab Euſebio accepiſſe, qui lib. VII Hiſt. Eccl. c. XXXI. ait: *Δόγματά γε μὴν ψευδῆ καὶ ἄθεα ἐκ μυρίων τῶν πρόπαλαι ἀπεσβηκυιῶν αἱρέσεων συμπεφορημένα καττύσας ἐκ τῶν Περσῶν ἐπὶ τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην ὥσπερ τινὰ θανατηφόρον ἰὸν ἐξωμόρξατο*: *Opiniones autem falſas, & Divinæ doctrinæ repugnantes, e quamplurimis jamdudum exſtinctis ſectis collectas conſarcinans, e Perſide in noſtrum orbem velut letale virus effudit.*

Quoniam vero, quæ mox damnabuntur, non ita commode intelligi poſſunt, niſi ipſa prius Manetis dogmata cognita fuerint, operæ pretium, remque iis gratam me facturum exiſtimavi, quibus nec facultas, nec otium eſt veteres, qui de his egere, ſcriptores reſpiciendi, ſi Manetis errores ac doctrinam e variis auctoribus collectam breviter ſub unum quaſi ſubjicerem conſpectum.

Hæc ergo præcipua peſtiferæ Manetis doctrinæ fuere capita: Duo rerum eſſe Principia contraria, æterna, & ingenita, quorum alterum bonum eſſet, alterum malum. Bonum *Deum*, ſive *Lucem*: malum *Materiam*, ſive *Tenebras*, appellabat. A bono Deo inviſibilem, infinitum, ac divinum mundum creatum: a malo viſibilem, ac malum, profunda ac immenſa magnitudine: hoſce vero duos mundos conjunctos bonæ malæque naturæ participare. Divinam partem ex omni mundi parte quotidie purgari, & in ſua regna revocari: eandem per terram exhalantem, & ad cælum tendentem, incurrere in ſtirpes & plantas, &c. quæ in electis comedendo purgata, liberataque, in cœlum redeant.

Mundi tenebrarum, ſeu terræ peſtiferæ, quinque eſſe elementa, ſive *antra* elementorum, aliud *tenebris*, aliud *aquis*, aliud *ventis*, aliud *igne*, aliud *fumo* plenum. Hæc elementa principes ſibi proprios genuiſſe; quorum dux ac princeps ſummus in *fumo* moraretur. In *fumo* nata animalia bipedia, indeque homines originem ducere: in *tenebris* ſerpentia: in *igne* quadrupedia: in *aquis* natatilia: *in vento* volatilia.

His quinque elementis malis debellandis alia quinque elementa de regno & ſubſtantia Dei miſſa eſſe, & in illa pugna fuiſſe permixta, fumo *aëra*; tenebris *lucem*; igni malo *ignem bonum*; aquæ malæ *aquam bonam*; vento malo *ventum bonum*.

Animam hominis duplicem eſſe: harum alteram bonam, a Luce creatam, partem eſſe Dei: adventitiam alteram, malam, de gente tenebrarum, quam non condiderit Deus, ſed quæ tamen Deo ſit coæterna. Hanc propriam corporis eſſe. Nam & corpus productum a tenebris.

Rationalem animam, ſeu divinam, brutis quoque animalibus ineſſe, ut & plantis: ab adverſario vero Dei correptam in ſpurcum corporis fuiſſe carcerem conjectam. Ab anima

ma bona omnia homini bona provenire : contra, ab anima mala, quidquid illi accidat mali.

Animas tranſire in alia corpora ; item in pecora, & plantas. Auditorum vero ſuorum animas in Electos revolvi, aut feliciore compendio in eſcas electorum, ut jam inde purgatæ in nulla corpora revertantur.

Animas in arboribus & plantis divina non poſſe percipere præcepta, nec ſapientiores fieri : veruntamen vivere, & audire voces noſtras, & verba intelligere, & corpora, motuſque corporum intueri ; cogitationes denique ipſas perſpicere : ſentire etiam, & dolere, cum lædantur, nec ſine cruciatu evelli carpive poſſe.

Solem & Lunam *Navigia* eſſe, quibus tam hominum, quam brutorum animæ, jam repurgatæ, ac lucidæ, in cœlum ſubvehantur. Lunam minus eſſe navigium ex *aqua bona* factum ; quod acceptas primum animas poſt quintumdecimum diem Soli, ſeu majori navigio, ex *igni bono* facto, tradat. Ab hoc beatorum animas in cœlum tranſvehi : cujus vitæ cœleſtis nulla fiat anima particeps, quæ non Manetis imbuta fuerit diſciplina. In his *navibus* ſanctas ineſſe virtutes, quæ ſe in maſculos transfigurent, ut feminas adverſæ gentis illiciant, & per has illecebras commota earum concupiſcentia lumen de illis fugiat, quod membris ſuis permixtum tenent, quo purgetur ſuſceptum ab angelis lucis, purgatumque illis navibus imponatur ad regna propria reportandum.

Adamum & Evam commota adverſa parte animæ malæ, a tenebrarum principibus generatæ, ad concubitum declinaſſe : ita eos lapſos eſſe, & peccaſſe ; ſed poſtea ſanctius vixiſſe.

Legem Moſaïcam a Principe tenebrarum datam : inde quoque Prophetas ſua accepiſſe ; omneque adeo Vetus Teſtamentum eſſe rejiciendum.

Chriſtum de maſſa lucidiſſima molis Divinæ profectum ad ſalutem humanam, non natum de Maria Virgine, quia carni concerni nequibat, niſi ſimul inquinaretur, ut ait D. Auguſtin. l. v Confeſſ.

Apparuiſſe illum *κατὰ φαντασίαν καὶ δόκησιν*, ſpecie tantum, non revera : caruiſſe enim humana natura, ſola præditum divina: atque ita quoque non reapſe paſſum, ſed pati viſum, exteriore homines ſpecie fefelliſſe.

Fuiſſe eundem Serpentem in Paradiſo : ab eoque illuminatos Adamum & Evam, ut cognitionis oculos aperirent, & bonum a malo dignoſcerent.

Veniſſe Chriſtum ad animas liberandas ; non autem ad ſervanda corpora.

Promiſſionem Chriſti de Paracleto, ſeu Spiritu S. in Manete fuiſſe completam : ſeſe enim eſſe Spiritum Sanctum ajebat ; ſeque eapropter *Apoſtolum Chriſti* vocabat.

Fatum omnia regere ; fato fieri omnia.

Atque hæc de præcipuis Manetis dogmatibus ſufficiant. In quibus illud mihi animadverſione ſingulari dignum videtur, multa e veterum Græcorum Latinorumque ſuperſtitione antiquioris eſſe, quam cenſentur, originis, & ad priſcam Orientalium diſciplinam referenda : unde & Ægyptii nonnulla acceperunt ; ut quæ de *navigiis* Solis & Lunæ dicuntur. In *Fortuitis* meis c. XXIII, pag. 171, de *navigio* Jovis Hammonis, ac Solis Ori, item Iſidis, aliiſque compluribus, aliqua adnotavi : nec non cap. V, pag. 43, de *navigio*, ſeu *poculo*, ac *lebete Herculis* : quo & referri poteſt, quod apud Albricum de Imag. Deor. legitur, *naviculam* cum homine navigante & velificante in medio mari, Dianæ imagini affingi ſolitam. Inprimis autem cognoſcenda ſunt, quæ de *poculo Solis* & *ſcapha Brizomantis* Athenæus l. VIII, & XI: deque *navigio Iſidis* Plutarchus habet, lib. de Iſ. & Oſiride. Nec enim probo Voſſii opinionem lib. II de Idol. c. XXVII, non tam ob humidam naturam, (quod ferri poterat) quam quod luna corniculata navigium referret, navigio illam vehi veteres finxiſſe. Non enim corniculatum illud navigium fuit, ſed rotundum : eujuſmodi *aureum* illud *cymbium* Iſidis apud Apulejum l. XI. Mileſ. *medio ſui patoris flammulas ſuſcitans largiores* ; ut & *lebes Herculis*, de quo paulo ante.

Præterea notanda & illa, quæ de *aqua* & *igni* dicuntur ; unde *luſtratio per aquam & ignem* derivata : deque *quintodecimo* die lunæ : de *vita* Dryadum & Hamadryadum ; & inprimis de *Antris* : de quibus omnibus & nos aliqua in *Fortuitis*, loco ſupra indicato, diximus : & multo plura de ſpecu, ſeu *antro Mithriaco*, de *antris Samothraciis*, de *antro Jovis* in Ida monte Cretæ, de Pane Orphico *ἀντροχαρῆ*, de *Antro Attinis* in Arcto monte Cyziceno, multiſque aliis, dici poſſunt. Multa ſane huc facientia habet Porphyrius de Antro Nympharum, qui in antro illo Zoroaſtris Mithræ conſecrato ſymbola elementorum & climatum mundi diſpoſita fuiſſe refert : & Dis quidem cæleſtibus tem-

templa, & *delubra*, & *altaria* poſita, terreſtribus & heroibus *aras*, ſubterraneis *ſcrobes*, & *ædiculas*; at mundo (qui cuncta continet elementa) *antra*, & *ſpecus*. Et priora quidem Salluſtius Philoſophus c. XV de Diis explicat, cum ait: οἱ ναοὶ μιμοῦνται τὸν οὐρανὸν, οἱ δὲ βωμοὶ μιμοῦνται τὴν γῆν. Veterum enim templa temporibus antiquiſſimis rotunda fuere, uti Romæ poſtea templum Veſtæ, & Pantheon: Aræ vero cubicæ, quod ſtabilitatis ſymbolum, *Telluri Stabili* conveniens. Explicatis dogmatum præcipuis, de ipſa ſecta nonnihil dicendum eſt. Diviſa erat ea in *Catharistas*, *Macarios*, & *Manichæos* ſpeciatim ita dictos. *Catharistæ*, ſeu *Purgatores*, a purgando nomen accepere. Exceptum namque farina ſemen virile in concubitu, ut id purgarent, divinamque partem liberarent, boni hi viri comedebant. Hoſce tamen alii pudore moti a ſe repellebant. Non multum diverſa alias ſignificatione vox καθαρίζεσθαι in veteri eccleſia accipiebatur, de iis, qui a dæmone liberabantur: cujus ejectio Καθαρισμὸς dictus. Vide Valeſium ad Hiſtor. Eccleſ. Euſebii l. V, p. 93. Rurſus diſtinguendi in vetere Eccleſia a *Catharistis* καθαροὶ, *Puri*. Ita enim appellari cupiebant, qui cum digamis, aut lapſis converſis, ſeu pœnitentibus, communicare nolebant: ut ex Canone liquet Eccleſ. Univerſ. VIII. *Macarii* apud eos *illuminati* quoque dicebantur: de quibus videndus D. Auguſtinus p. 52 adverſus Epiſtolam Teſtamenti. *Manichæi* porro e duabus profeſſionibus eccleſiam ſuam conſtituerunt, hoc eſt *Electorum*, & *Auditorum*. *Electos* τελείους, ſive *perfectos*, vocabant, quod omni vitio carerent. D. Hieronymus adverſus Pelagianos: *Manichæus Electos ſuos, quos inter animas Platonis in cœleſtibus collocat, dicit omni carere peccato: nec, ſi velint, poſſe peccare. Ad tanta enim eos virtutum culmina tranſcendiſſe, ut carnis operibus illudant. Priſcillianus in Hiſpania pars Manichæi de turpitudine, &c. Soli cum ſolis clauduntur mulierculis, & illud eis inter coitum, amplexuſque decantant.* Ex his Electi duodecim erant, quos appellabant *Magiſtros*. Manes enim ad imitationem Chriſti XII Apoſtolos habuit. Hiſce tertius decimus præerat Magiſtrorum Princeps, uti Manes ſuorum erat diſcipulorum. Ab his Magiſtris e reliquo Electorum numero LXXII ordinabantur Epiſcopi: & hi ſuos rurſus ordinabant presbyteros, ac diaconos, qui idonei viderentur ad errorem hunc ſuum aliis in locis, in quæ mittebantur, tuendum, atque propagandum. Secundi gradus *Auditores* erant; in quorum numero aliquamdiu fuit D. Auguſtinus, ut ipſe de ſe fatetur c. XIX de mor. Manichæor. *Novem annos totos magna cura & diligentia vos audivi.*

De his *Auditoribus* idem loquitur D. Auguſtinus epiſt. LXXIV ad Deuterium Epiſcopum, de Victorino agens Malliarenſi Subdiacono: *Auditorem ſane Manichæorum, non Electum ſe eſſe confeſſus eſt.* Auditores *enim qui appellantur apud eos, & carnibus veſcuntur, & agros colunt, &, ſi voluerint, uxores habent: quorum nihil faciunt, qui vocantur* Electi. *Sed ipſi Auditores ante Electos genua figunt, ut eis manus ſuppliciter imponantur, non a ſolis epiſcopis, vel presbyteris, aut Diaconis eorum; ſed a quibuslibet Electis.*

Præterea Auditores Electis ſub pœna tardioris metempſychoſis optima quæque de cibariis exhibere tenebantur; quum interim Electi nihil operis agerent, ſed meditationibus vacarent: quibuscum ſcilicet omnia jam religionis arcana communicata erant, a quibus Auditores arcebantur. Gregorius Nazianz. Orat. LII: Ὥσπερ οἱ Μανιχαῖοι τοῖς ἐκλεκτοῖς λεγομένοις, ὅλην τὴν νόσον αὐτοῖς ἐκκαλύπτοντες, &c. *quemadmodum Manichæi illis, quos Electos appellant, quibuſque omnem morbum, ſive amentiam ſuam, revelant,* &c.

Porro tria *Signacula* apud Manichæos erant Electorum: *Oris*, *manuum*, & *ſinus*, ut his tribus caſti eſſent, & innocentes. *Os* continebat omnes ſenſus in capite: *manus* omnem operationem: *ſinus* omnem libidinem ſeminalem. Tribus enim Deum offendimus: cogitationibus, verbis, factis. Quam vero parum obſervantes horum fuerint ſignaculorum, plurimis oſtendit exemplis D. Auguſtinus libro de moribus Manichæorum.

3 Καὶ Παυλικιανῶν] *Pauliciani* pro Manichæis dicti a Paulo quodam Samoſatenſi, &c. cujus hæreſeos deſcriptio in eodem Cod. V. Euchpolog. Græcor. p. 885, 886, 890, 891. p. 1 fol. 21. LAMBECIUS.

Ibid. Καὶ Παυλικιανῶν] Hos alii *Paulianos* appellant, a *Paulo* Samoſateno, Antiochiæ Epiſcopo. Hic teſte Dionyſio Archiepiſcopo Alexandrino in Epiſtola, quam ad Concilium Antiochenum adverſus hunc Paulum ſcripſit, cum ipſe propter ſenectutem adeſſe non poſſet, *duas ajebat eſſe Hypoſtaſes, & duas unius & ſolius Chriſti perſonas, duos Chriſtos, duos filios, unum natura filium Dei, & qui fuit ante ſecula, & unum homonyme Chriſtum & filium David, qui non fuit ante, & fuit in tempore, & ſecundum beneplaci-*

Ἀναθεματίζω τοὺς λέγοντας, ὅτι τὸ σῶμα [7] ἐκ τῆς πονηρᾶς ἀρχῆς ὑπέστη, καὶ [8] ὅτι φύσει ἐστὶ τὰ κακά.

Ἀναθεματίζω τὸν ληρώδη Μάνεντος μῦθον, ἐν ᾧ φησὶ, μὴ ὅμοιον ἡμῖν διαπεπλάσθαι τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τουτέστι, τὸν Ἀδάμ. [9] ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Σακλᾶ, [10] τοῦ τῆς πορνείας ἄρχοντος, καὶ [11] τῆς Νεβρώδ, ἣν εἶναι [12] τὴν ὕλην φησὶ, γενέσθαι τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν. καὶ τὸν μὲν θηλιόμορφον κτισθῆναι, τὴν δὲ ἄψυχον. καὶ τὴν μὲν Εὔαν ὑπὸ τῆς

tum Dei accepit nomen filii : ſicut civitas accipit nomen Domini , & domus nomen ejus, qui eam ædificavit. Aliquanto clarius Suidas Paulum docuiſſe ait, Chriſtum nudum, ſeu merum hominem, *ψιλὸν ἄνθρωπον*, fuiſſe, non autem Deum : ceterum Verbum Dei in eo, ut in ceteris prophetis habitaſſe ; adeo ut duæ naturæ in eo diverſæ fuerint, diſtinctæque, & incommunicabiles, Divina & humana ; aliuſque Chriſtus, alius Deus Verbum in Chriſto habitans. Exſtant hujus Pauli x quæſtiones in Auctario Bibliothecæ Patrum, parte II : quæ ibidem ab eodem Dionyſio refutantur. D. Auguſtinus lib. II de Hæreſ. ſententiam illam ab *Artemone* prius fuiſſe profectam dicit, *ſed, cum defeciſſet, a Paulo inſtauratam , & poſtea ſic a Photino confirmatam , ut Photiniani quam Pauliani celebrius nuncupentur.* Idem & Theodoretus ait: veruntamen Artemon Chriſtum hominem tantum fuiſſe prædicabat, *τοιαῦτα δὲ καὶ τοὺς Ἀποστόλους ἔλεγε κεκηρυχέναι. Τοὺς δὲ μετ' ἐκείνους θεολογῆσαι τὸν Χριστὸν οὐκ ὄντα θεόν: nec aliter ajebat , Apoſtolos prædicaſſe: qui vero hos conſecuti ſint, Chriſtum eſſe Deum, cum non eſſet, docuiſſe*: ut eſt apud Theodoret l. II Hæret. fabular. c. IV, & VIII. At Cerinthus Chriſtum a Jeſu filio Mariæ alium eſſe, & in ſpecie illum columbæ deſcendiſſe docebat, atque tunc Deum, qui ignorabatur, prædicaſſe miraculaque omnia feciſſe : tempore autem paſſionis Chriſtum receſſiſſe, & Jeſum paſſionem ſubiiſſe. Sic ut Suidas alios ſecutus videatur. Theodoretus enim, Malachione cum Paulo diſputante, deprehenſum tandem poſt longam eſſe ſimulationem refert, *Chriſtum hominem eſſe*, a Paulo ſtatui, *Divina gratia inſigniter ornatum.* Unde & Epiſcopatu primum, deinde & Eccleſia expulſus, ejectuſque eſt. Nicephorus in hunc illum errorem delapſum refert, quod, cum Zenobiam Palmyrenorum Reginam, quæ non modo totam ſibi Syriam, ſed & Ægyptum ſubjecerat, ad religionem Chriſtianam pellicere vellet, ut ei Judaica religione imbutæ, atque ita a SS. Trinitatis doctrina abhorrenti velificaretur, Chriſtum hominem tantummodo fuiſſe doceret. Plura videſis apud Euſebium lib. VII Hiſt. Eccleſ. c. XXVII, & ſeqq. Præter hoſce *Hebionæi* quoque Chriſtum tantummodo merum hominem fuiſſe docuere.

4. Καθαρὰν] *puram*, & impollutam ab omni errore hæreticorum. Nam & ex Manichæis *Catharistis*, de quibus antea, qui ſe καθαροὺς, id eſt *Puros*, dicerent, orti ſunt, a Catholicis multum diverſi, ſicut & a Manichæis in quibuſdam diſcrepabant. Dogmata eorum Ecbertus Schonaugienſis Cœnobii Monachus tomo II Biblioth. Patrum hæc fuiſſe memorat : *Baptiſmum infantium inutilem, quia fidem profiteri nequeant*: ideoque ſuos rebaptizaſſe quaſi quodam Spiritus & ignis baptiſmo. *Purgatorium humanum figmentum eſſe* : ideoque eos miſſas pro defunctis irriſiſſe. Eodem loco ac numero habuiſſe *campanarum pulſationes* : *Ordinem vero Sacerdotii, niſi in ſua eccleſia, nuſquam eſſe: Eucharistiam noniſi a ſe rite celebrari : Animas humanas nil aliud eſſe, quam ſpiritus apoſtatas, in principio mundi regno cælorum ejectos, eoſque in corporibus humanis per bona opera ſalutem promereri poſſe* ; &c.

5. Τῶν Χριστιανῶν] id eſt, *Catholicorum*. Nam hi ſoli Chriſtiani. Unaque eſt Eccleſia Chriſtiana Catholica. Nec aliter etiam nunc Itali Catholicos niſi *Chriſtianorum* vocabulo deſignant. Revocat ea vox mihi in memoriam, quod mihi ſuper ea re in Italia altero itinere evenit. Narrabam Abbati cuidam, rogatum me Montiſpeli a decurione militari, quum illic Biblia a Majore Arcis utenda peterem, illeque ſummopere ea propter mihi iraſceretur, *num Biblia liber hæreticus eſſet?* cauſſæ id conjectans, cur ita graviter Major mihi offenſus fuiſſet. Hic bonus Abbas nihilo militari homine erudi-

tior

Exſecror, & Anathemate devoveo eos omnes, qui dicunt, corpus e malo principio produiſſe; & mala exiſtere natura.

Exſecror nugacem ac futilem Manetis fabulam, quum ait, primum hominem nobis diſſimilem formatum, Adamum ſcilicet: verum a Sacla, ſcortationis principe, & Nebroda, quam materiam eſſe ait, Adamum & Evam factos eſſe: & illum quidem ferino cultu creatum, hanc autem ſine anima. Evam porro ab ea, quæ maſcula dicitur, virgine

tior, *Signor mio*, quæſivit, *la Bibbia è queſto un libro Chriſtiano?* *Domine, Biblia eſtne liber Catholicus?* Ego vero compoſito ad ſeveritatem vultu, *eſſe* affirmavi. Et credidit me verum dicere.

6. Δεηθέντες] ita incipit fragmentum hoc: in qua tamen voce vitium hærere videtur.

7. Ἐκ τῆς πονηρᾶς ἀρχῆς] a principio tenebrarum, Deo coæterno, ut ſupra expoſuimus.

8. ὅτι φύσει ἐςὶ τὰ κακὰ] quæ opinio quondam Valentini fuit, ab tricelimo Æone diabolum genitum ſomniantis, & a diabolo diabolos alios procreatos, qui hunc mundum fecerint. Ideoque malitiam ille non arbitrio hominum tribuit, ſed naturæ mundi, id eſt, generi diabolico: ut eſt apud D. Auguſtinum de Hæreſ. Idem de moribus Manichæorum: *Vos autem*, inquit, *aſſeritis quandam naturam atque ſubſtantiam malum eſſe.* Ubi porro oſtendit, nihil natura malum eſſe, ſed tantum inconvenientia corporalis temperamenti, qua panis homini cibus, accipitri venenum eſt; &c. quod argumentum pereleganter a Lucretio meo tractatur libro VI, verſ. 959. & ſeqq. ubi inter alia,

Barbigeras oleaſter eo juvat uſque capellas,
Diffluat ambroſia quaſi vero & nectare tinctus:
At nihil eſt homini, frunde hac quod amarius exſtet:
Denique amaracinum fugitat ſus, & timet omne
Unguentum: nam ſetigeris ſubus acre venenum eſt,
Quod nos interdum tamquam recreare videtur:
At contra nobis cœnum teterrima cum ſit
Spurcities, eadem ſubus hac jucunda videtur:
Inſatiabiliter toti ut volvantur ibidem.

9. Ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Σακλᾶ] D. Auguſtinus de Hæreſ. *Adam & Evam ex parentibus fumi aſſerunt natos, cum pater eorum nomine Saclas ſociorum ſuorum fœtus omnium devoraſſet, & quidquid inde commixtum Divinæ ſubſtantiæ ceperat, cum uxore concumbens in carne prolis, tamquam tenaciſſimo vinculo, colligaſſet.* Saclam hunc cum Eva bis congreſſum fingebant, & e primo concubitu puerum natum belluina forma; ut eſt apud Theodoretum lib. I, cap. XXVI Hæret. fabb. Occurrit autem hoc nomen apud Apulejum lib. X Mileſ. qui illud Ægyptio prophetæ tribuit. Significat autem φωνήεντα, ſive *vocalem*: ſicut eam vocem Gaulminus interpretatur in notis ad vitam Moyſis.

10. Τοῦ τῆς πορνείας] ſive Auctor noſter id vere dicat, ſive per contumeliam, ut generationis præſidem facultatem πορνείας potius ἄρχοντα nominandum indicare velit, duo certe veterum Philoſophorum principia hic exprimi videntur, quæ Platoni τὸ νοητὸν, καὶ ἡ ὕλη; Ægyptiis Oſiris & Iſis, mas & femina, Pater & Mater: Cœlum & Terra: de quibus vid. Diodorum Siculum lib. I. p. 17. Cornutum de Natura Deor. Servium ad Virgilium de Hyla, Plutarchum in Iſide & Oſiride, & quæ nos ſupra adduximus.

11. Τῆς Νεβρώδ] Theodoretus lib. I. cap. XXVI Hæret. fabb. de Manete: *Καὶ τὴν Εὔαν ὡσαύτως ὑπὸ τοῦ Σακλᾶ καὶ τῆς Νεβρώδ γεγενῆσθαι. Καὶ τὸν μὲν Ἀδὰμ θηριόμορφον κτισθῆναι, τὴν δὲ Εὔαν ἄψυχον καὶ ἀκίνητον: ſimiliter & Evam a Sacla & Nebrode genitam. Adamum vero ferino vultu creatum; Evam autem abſque anima & motu.*

12. Τὴν ὕλην] terram tenebroſam, quam Arimanius, ſive mens mala, pervagabatur. *Arimanius* Hebr. *Vas obſcuritatis*; Græcis Ἅδης, ut eſt apud Diogenem Laert. de vitis Philoſ. in Prooemio; Unde apud D. Gregorium Nazianzenum carm. *de vita ſua* legas:

Οἱ τοῦ Μανοῦ χαίροντες ἀρχικῷ σκότῳ.

Idem Arcanor. carmine IV:

Καὶ σὺ Μανιχαίοιο κακὸν σκότος, ὃ πάρος ἦες,
Ἀχροτάτοιο φάους ἀντίθρονος, οἷ θεὸς ἦες,
Οὐ σκότος; Οὐ γὰρ ἔοικε θεῷ κακὸν ἀντιφερίζειν.
Εἰ σκότος, οὐ θεὸν οἶδας. ὁμοφρονέειν μὲν ἄκοσμον, &c.

D. Auguſtinus lib. V Confeſſ. Manichæos do-

τῆς [13] ἀρρενικῆς λεγομένης παρθένου μεταλαβεῖν ζωῆς. τὸν Ἀδὰμ δὲ ὑπὸ τῆς Εὔας ἀπαλλαγῆναι τῆς θηρωδίας.

Ἀναθεματίζω τοὺς λέγοντας τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν [14] δοκήσει πεφανερῶσθαι τῷ κόσμῳ, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὸν σεσαρκῶσθαι ἀληθῶς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, τῆς ἐκ Δαβὶδ καταγομένης σάρκα τὴν ἀνθρωπίνην καὶ ἡμῖν ὁμοούσιον, καὶ τελείως [15] ἐνανθρωπίσαι, καὶ τεχθῆναι ἐξ αὐτῆς δι' ἐνναμηνιαίου χρόνου, καὶ ἐπὶ τριακοστὸν ἔτος ἀνθρώποις συναναστραφῆναι, καὶ βαπτισθῆναι ὑπὸ Ἰωάννου τοῦ ἁγιωτάτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ ὑπὸ τοῦ οὐρανίου, καὶ ἀληθινοῦ, καὶ ἀγαθοῦ μαρτυρηθῆναι πατρὸς, ὡς αὐτὸς εἴη ὁ υἱὸς αὐτοῦ [16] ὁ ἀληθινὸς θεὸς, καὶ ὁμοούσιος αὐτῷ, σαρκώσει τῇ ἐκ παρθένου γενόμενος ἄνθρωπος, μετὰ τοῦ μεῖναι θεός.

Ἀναθεματίζω οὖν, ὡς εἴρηται, τοὺς παρὰ ταῦτα φρονοῦντας, καὶ ἄλλον μὲν λέγοντας εἶναι τὸν γεννηθέντα ἐκ Μαρίας, καὶ βαπτισθέντα, μᾶλλον δὲ, ὡς αὐτοὶ ληροῦσι, [17] βυθισθέντα. ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τοῦ ὕδατος ἀνελθόντα, καὶ μαρτυρηθέντα, ὃν καὶ ἀγέννητον υἱὸν, καὶ [18] φέγγος ὀνομάζουσιν, [19] ἐν σχήματι ἀνθρώπου φανέντα. καὶ τὸν μὲν εἶναι τῆς κακῆς ἀρχῆς, τὸν δὲ τῆς ἀγαθῆς μυθολογοῦσι.

Ἀναθεματίζω τοὺς λέγοντας [20] δοκήσει παθεῖν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. καὶ ἄλλον μὲν εἶναι τὸν ἐν τῷ σταυρῷ, ἕτερον δὲ τὸν πόρρωθεν ἑστῶτα, καὶ γελῶντα, ὡς ἄλλου ἀντ' αὐτοῦ παθόντος.

Ἀναθεματίζω τοίνυν τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὸν εἶναι τὸν ἐκ τῆς ἁγίας τῆς θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας [21] σαρκωθέντα θεὸν λόγον, καὶ γεννηθέντα,

cuiſſe ait, mali ſubſtantiam habere ſuam molem tetram & deformem, ſive craſſam, quam *terram* dicebant; ſive, tenuem atque ſubtilem, ſicut eſt aeris corpus, quam *malignam mentem per terram repentem* imaginabantur.

13. Ἀρρενικῆς λεγομένης.] Theodoretus loco ſupra allato: Ἣν τοῦ φωτὸς ὀνομάζουσι θυγατέρα, καὶ Ἰωὴλ προσαγορεύουσι: *quam Luminis filiam nominant, & Joelem appellant.* Nomen hoc contractum videtur ex יחי *Joha, vivificans,* & אל *El, Deus.*

14. Δοκήσει πεφανερῶσθαι] ſupra hoc attigimus. videſis D. Auguſtinum tomo IX, pag 315, & tomo X, p. 151, & 369.

15. Ἐνανθρωπίσαι; ἐνανθρωπῆσαι.

16. ὁ ἀληθινὸς θεὸς] at hic noſter de ſuo liberalis eſt, additque, quæ in Euangelio Matthæi cap. III, ceterorumque Evangeliſtarum fruſtra quæras. Concedendum hoc abundantiæ fidei, quia ex prædictis illa quaſi conſequuntur.

17. Βυθισθέντα] id eſt, demerſum in profundum, ita ut non amplius poſtea viſus fuerit, ſed in aquis interierit, & diſparuerit; quandoquidem alius pro ipſo Chriſtus emerſit, ſeu apparuit, ingenitus Dei filius.

18. Φέγγος ὀνομάζουσι] ſicut & e *Luce* genitus erat.

19. ἐν σχήματι ἀνθρώπου] Theodoretus: Τὸν δὲ κύριον οὔτε ψυχὴν ἀνειληφέναι φασὶν, οὔτε σῶμα, ἀλλὰ φανῆναι ὡς ἄνθρωπον, εἰκῇ οὐδὲν ἀνθρώπινον ἔχοντα: *Dominum vero dicebant nec animam aſſumſiſſe, nec corpus; verum, cum nil humanum haberet, ſpeciem tantum hominis exhibuiſſe.* Cerinthus ab his aliquantum diverſus teſte Irenæo l. I, c. XXV, Jeſum ajebat

virgine vitæ participem factam: ceterum Adamum ab Eva ferina illa forma exſolutum.

Exſecror eos, qui dicunt, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſpecie tantum tenus mundo manifeſtatum eſſe: quique fateri nolunt, vere eum carnem e beata virgine Maria induiſſe, (quæ ſicut e Davidis proſapia fuit, ita & humanam, ejuſdemque, ac noſtra eſt, naturæ carnem accepit) & perfecte hominem factum, & ex ea poſt novem menſium decurſum natum eſſe: deinceps autem triginta annis inter homines verſatum, & a Joanne Baptiſta, ſanctiſſimo ejus præcurſore, in Jordane baptiſatum, a cæleſti, veroque, & optimo patre teſtimonium accepiſſe, eſſe eum ſcilicet filium ipſius verum, & ejuſdem ſubſtantiæ, qui per indumentum carnis e virgine acceptum homo factus ſit, ſalva tamen integraque divinitate.

Exſecror igitur, uti dictum, aliter ſentientes, aliumque eſſe dicentes e Maria natum, baptizatumque; ſeu potius, ut ipſi nugantur, demerſum: alium vero, qui ex aqua aſcenderit, & teſtimonio illo ornatus fuerit, quem & *ingenitum filium*, & *lumen* appellant, in ſpecie ſolum humana apparuiſſe. Illum porro a pravo principio, hunc autem a bono generatum fabulantur.

Exſecror eos, qui dicunt, ſpecie tenus dominum noſtrum Jeſum Chriſtum paſſum eſſe: aliumque fuiſſe, qui in cruce pependerit, alium vero procul ſtantem riſiſſe, quod alius vicariam pro ipſo mortem ſubiret.

Exſecror itaque eos, qui non fatentur ipſum e ſancta Dei genitrice, & ſemper virgine Maria natum, & carne indutum Deum Verbum, & vere in carne

bat Joſephi & Mariæ filium excelluiſſe juſtitia: in eum poſt baptiſma Chriſtum deſcendiſſe ſub columnæ figura, & in fine rurſus avolaſſe, & impaſſibilem permanſiſſe: Jeſum autem paſſum eſſe, & reſurrexiſſe. Eadem legas apud Tertullian. de Præſcript. c. XLVIII.

20. *Δοκήσει παθεῖν*] Dogmatis hujus primus inventor Simon Magus fuit, ultimus autem Manes defenſor. Inter hoſce medius Marcion: item Cerdo; uti ſupra habuimus Irenæus lib. 1. cap. XXIII: *Quapropter neque paſſum eum, ſed Simonem quendam angariatum portaſſe crucem pro eo; & hunc ſecundum ignorantiam & errorem crucifixum, transfiguratum ab eo, uti putaretur ipſe eſſe Jeſus: & ipſum autem Jeſum Simonis accepiſſe formam, & ſtantem eminus irriſiſſe eos.* Eadem fere habet Theodoretus lib. 1 Hæret fabular. c. IV, ubi Baſilidem hujus opinionis auctorem fuiſſe tradit. S. Ignatius Martyr in epiſt. ad Smyrnæos *ἀπίστους τινὰς* ait fuiſſe tum temporis, qui Chriſtum *τῷ δοκεῖν πεπονθέναι* dicerent. Ipſe vero in Epiſt. ad Trallianos Chriſtum paſſum ait vere, *βλεπόντων ἐπουρανίων, ἐπιγείων, καὶ ὑποχθονίων, ſpectantibus qui in cælo, in terra, & ſub terra eſſent.* Et tamen epiſt. ad Epheſios idem Ignatius Diabolo arcanum hoc tertium, mortem ſcilicet Chriſti, latuiſſe affirmat: non ſecus ac myſteria duo priora, Virginitatis Mariæ, ac Nativitatis Chriſti. In epiſtola vero ad Philippenſes Diabolum dicit ſomnium illud uxori Pilati immiſiſſe, ne Chriſtus crucifigeretur. Quam belle illa inter ſe conveniant, vel cæcus viderit.

21. *σαρκωθέντα*] Negabant hoc Valentiniani; (quos hac in parte Anabaptiſtæ noſtri ſequuntur) qui Chriſtum nihil de Maria Virgine aſſumſiſſe docebant, *ſed per illam, tamquam per rivum, aut per fiſtulam, ſine ulla de illa aſſumta carne tranſiſſe.* D. Auguſtin. de Hæreſ.

παθέντα, καὶ κατ' ἀλήθειαν σταυρωθέντα σαρκὶ, καὶ ἀποθανόντα ἀληθῶς σαρκὶ, καὶ [22] τελήμερον ἀναστάντα ὡς θεόν.

[23] Ἀναθεματίζω τοὺς [24] τὸν Χριστὸν λέγοντας εἶναι τὸν ἥλιον, καὶ [25] εὐχομένους τῷ ἡλίῳ, [26] ἢ τῇ σελήνῃ, [27] ἢ τοῖς ἄστροις, καὶ ὅλως αὐτοῖς ὡς θεοῖς προσέχοντας, καὶ [28] Φανωτάτους θεοὺς ἀποκαλοῦντας. καὶ τοὺς μὴ [29] πρὸς ἀνατολὰς μόνον τῷ ἀληθεῖ θεῷ εὐχομένους, ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ ἡλίου κινήσει [30] συμπεριφερομένους ἐν ταῖς μιαραῖς αὐτῶν προσευχαῖς.

Ἀναθεματίζω τοὺς [31] τὸν Ζαράδαν, [32] καὶ Βουδᾶν, [33] καὶ τὸν Χριστὸν, καὶ τὸν Μανιχαῖον, καὶ τὸν ἥλιον, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι λέγοντας

Ἀνα-

22. *Τελείμερον ἀναστάντα*] Vide quæ de Lycopetro, ſive Tychico, in Triumpho de Maſſalianis notata ſunt. Auguſtinus eodem de Hæreſ. libro, *non ſolum mortem verum etiam reſurrectionem ſimiliter mentitum* Chriſtum, ſecundum doctrinam Manetis, refert. Idem epiſt. LXXIV ad Deuterium Epiſcopum de Victorino Mallianenſi ſubdiacono: *Et omnes blaſphemias cum illis credunt, quibus Manichæorum hæreſis deteſtanda eſt, negantes ſcil. Chriſtum natum eſſe de Virgine, nec ejus carnem veram confitentes fuiſſe, ſed falſam; ac per hoc & falſam ejus paſſionem; & nullam reſurrectionem fuiſſe contendunt.*

23. Ἀναθεματίζω] Socrates Hiſtor. Eccleſ. lib. VII. cap. XXXIII: *Κοινῇ μέντοι ψήφῳ πάντες οἱ κληρικοὶ αὐτὸν ἀνεθεμάτισαν. Οὕτω γὰρ οἱ Χριστιανοὶ καλεῖν εἰώθασι τὴν κατὰ τοῦ βλασφήμου ψῆφον, ὅταν αὐτὴν ὥσπερ ἐν στήλῃ ἀναστήσαντες φανερὰν τοῖς ἅπασι καταστήσωσι: Clerici autem communibus ſuffragiis illi anathema dixere. Sic enim nos Chriſtiani ſententiam contra alicujus blaſphemiæ auctorem pronuntiatam ſolemus appellare, quando eam perinde notam omnibus facimus, ac ſi columella inciſa in loco publico collocaretur.*

24 τὸν Χριστὸν εἶναι λέγ. τὸν Ἥλιον] D. Auguſtinus adverſus Fauſtum, lib. XX, c. VIII: *Veſtra vanitati placuit, in ſole ponere virtutem Filii, & in luce ſapientiam.* Ἱκανῷ τεκμηρίῳ, ut ait Theodoretus, τῷ τὸν ἥλιον ἐκλιπεῖν ἐν τῷ τοῦ σταυροῦ καιρῷ. *Idoneo illo uſi argumento, quod Sol tempore paſſionis defeciſſet.*

25. Εὐχομένους τῷ ἡλίῳ] nil notius, quam Perſas, & omnes fere orientis populos ſolem pro Deo coluiſſe. Vide Joſephum de Abrahamo, & Voſſium de Idolol. l. II, cap. III: unde unum tantum hunc Leonis Papæ locum ſerm. VII de Nativitate Chriſti excerpam, ubi & Priſcillianiſtas hujus erroris arguit: *De talibus, inquit, inſtitutis etiam illa generatur impietas, ut Sol inchoatione diurnæ lucis exſurgens a quibusdam inſipientioribus de locis eminentioribus adoretur. Quod nonnulli etiam Chriſtiani adeo ſe religioſe facere putant, ut priusquam ad Beati Petri Apoſtoli Baſilicam, quæ uni Deo vivo & vero eſt dedicata, perveniant, ſuperatis gradibus, quibus ad ſuggeſtum areæ ſuperioris aſcenditur, converſo corpore ad naſcentem ſe ſolem reflectant, & curvatis cervicibus in honorem ſe ſplendidi orbis inclinent.* Quod autem Leo hic *de locis eminentioribus* addit, e veteri ſuperſtitione eſt, excelſa ad Deorum cultum loca deligentium. Sic de culmine Idæ montis Phrygiæ Sol oriens ſalutari quondam ſolitus. Plura huc facientia e *Fortuitis* noſtris peti poterunt. Ceterum Manichæos Solem & Lunam adoraſſe ipſe quoque D. Auguſtinus aſſerit epiſt. LXXIV ad Deuterium Epiſc.

26. ἢ τῇ σελήνῃ] In hanc enim animas ſcientia dogmatis ſui perfuſas evehi, eamque ſuo lumine illuſtrem reddere, cum lucida ſit animæ natura, Manichæorum antiſtites docebant. Plenam vero tum videri Lunam, cum eam animæ repleviſſent ex hac vita diſcedentes: a qua deinde tamquam e minore navigio exoneratæ intra ſolem reciperentur, indeque in ævum beatorum exponerentur. Ita Archelaus apud Epiphanium

27. ἢ τοῖς ἄστροις] quia ſunt lucis ὀχήματα, ſeu vehicula. Ceterum ſtellæ pro Diis olim habitæ: unde apud Horapollinem legas ſtellam Dei eſſe ſymbolum Hieroglyphicum. Plura de ſtellarum cultu videſis apud Moyſen Maimonidem de Idololatria toto capite primo. Inprimis vero orientalibus Veneris ſtella

carne paſſum, & vere in carne mortuum eſſe; tertio vero die reſurrexiſſe, ut Deum.

Exſecror eos, qui Chriſtum Solem eſſe dicunt, & Solem ac Lunam, ceteraque ſidera venerantur, ac omnino veluti Deos colunt, & *lucidiſſima numina* nominant: item eos, qui non modo in orientem obverſi vero Deo preces ſuas offerunt, ſed & cum ipſo Sole in profanis ipſorum comprecationibus circumaguntur.

Exſecror eos, qui Zaradam, & Budam, & Chriſtum, & Manichæum, & Solem unum eundemque eſſe ſtatuunt.

Ex-

la culta fuit, tam Luciferi quam Heſperi nomine nota. Secuti ſunt illos Saraceni. D. Hieronymus in vita S. Hilarionis: *Pervenit Eluſam eo forte die, quo anniverſaria ſollemnitas omnem oppidi populum in templum Veneris congregaverat. Colunt autem illam ob Luciferum, cujus cultui Saracenorum natio dedita eſt.*

28. φανοτάτους θεοὺς] l. φαεινοτάτους, λαμπροτάτους. Φαεινὸς, lucidus. Hinc Φάνης Orpheo Dies apud Theonem Smyrnæum; & *Phanes* Oſiris Bacchus, Sol apud Auſonium in Epigr. & Φάνης Apollo apud Photium p. 246. ac Suidam, & Plut. in εἰ: qui & Φαναῖος Heſychio, ac Macrobio in Saturnalibus. Rurſus Orpheus hymno in Protogonum:

— Κατὰ κόσμον
Λαμπρὸν ἄγων φάος ἁγνὸν, ἀφ' οὗ σε Φάνητα
Κικλήσκω. —

Plura de ea voce Bullialdus in notis ad Theonem p. 286.

29. Πρὸς ἀνατολὰς] ſicut Chriſtiani ceteri, quibus & hoc ſolemne, ut ad orientem converſi Deo preces ſuas offerrent: quod a gentibus acceptum. Sacrificaturi enim ad orientem ſolem ſe obvertebant. Servius ad Virg. ſed & expiationes eodem modo fiebant. Scholiaſt Sophoclis p. 287. vid & Heinſium ad Sil. Italicum p. 123, l. XII, verſ. 172. idem factitabant & ſimpliciter precaturi. Hinc elegans jocus eſt Plautinus Curcul. I, 1: ubi cum alter dixiſſet, *Quo me vertam neſcio*; reſpondet alter,

Si Deos ſalutas, dextrovorſum ſentio.

Quia Oriens dextra manu, occidentalis cœli plaga ſiniſtra denotatur: quod & in Gemma Abraxea Leonardus Auguſtinus notavit. Hinc apud Romanos *ſiniſtra* auguria proſpera erant; ut apud Virgilium,

— *ſi quem*
Numina læva ſinunt.

Quia ſiniſtra numinum, ut recte Servius ait ad lib. II. Æn. v. 54, *ſunt dextera intuentibus.* Contra *lævum*, ſeu *ſiniſtrum* infelix, cum de humanis rebus ſermo eſt. Quare *ſiniſtra ſtulta* veteribus, *dextra prudentia*, ut eſt apud Suidam in φρενῶσαι. Solus enim Deus ſapit. Plura hoc de ritu infra dicentur.

30. συμπεριφερομένους] Auguſtinus contra Fauſtum l. XX, c. V: *Ad ſolis gyrum veſtra oratio circumvolvitur.* Idem de Hæreſ. *Orationes faciunt ad ſolem per diem, quaquaverſum circumit; ad Lunam per noctem, ſi apparet: ſi autem non apparet, ad aquiloniam partem, qua Sol, cum occiderit, ad orientem revertitur, ſtant orantes.* A Perſis, ſive Orientalibus Ægyptii accepere, & ab his Pythagoræi. Pythagoras enim ſuos περιφερομένους προσκυνεῖν volebat: de quo ritu videſis commentatores Apuleji l. XI Mileſ. & Suetonii in Vitellio.

31. τὸν Ζαράδαν] *Zaradas*, teſte Theodoreto ſerm. IX. de legibus, Perſarum legislator fuit, qui primus conjugium parentum cum liberis, & fratrum cum ſororibus inſtituiſſe fertur. Apud Photium Theodori de Magia Perſica libri III recenſentur, quorum primo profanum Perſarum dogma a *Zaſrada* profectum refutavit; qui mihi idem hic *Zaradas* eſſe videtur. Rurſus apud Plinium l. XXX Nat. Hiſt. c. 1 *Zarati* Magi mentio fit; & a Plutarcho *Zaretas* Chaldæus Pythagoræ præceptor fuiſſe memoratur, qui Porphyrio in vita Pythagoræ Chaldæus *Zabratus* vocatur, Clementi vero Alexandrino Strom. I, ex Alexandri libro de Symbolis Pythagoricis, *Nazarathus* Aſſyrius; niſi illic *Mazarathus* potius legendum eſt: ſic ut τὰ Μα articuli ſpeciem, ſive uſum obtinere videatur. Ita ut plures eodem nomine fuiſſe hinc liqueat, ſicut

Ἀναθεματίζω τοὺς [34] τὸν παράκλητον, ὃν ἐπηγγείλατο πέμπειν ὁ κύριος, τολμῶντας λέγειν τὸν δείλαιον Μάνεντα, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας τὸν ἀληθινὸν παράκλητον τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ τοῖς ἁγίοις τοῦ Χριστοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις ἐπεφοίτησεν ἐν τῇ τῆς πεντηκοστῆς ἡμέρᾳ, δι᾽ οὗ καὶ τὰς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν διαλέκτους ἔγνωσαν, καὶ νεκροὺς ἤγειραν, καὶ τὰ ἄλλα παράδοξα εἰργάσαντο.

Ἀναθεματίζω τοὺς τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς λέγοντας [35] ὁμουσίους εἶναι τῷ θεῷ. καὶ ἀπὸ τῆς ὕλης καταποθῆναι, καὶ καθέζεσθαι τὸν θεὸν,

cut & plures fuere Zoroaſtræ. Primum vero Zoroaſtrem eundem nonnulli ac Zaradam fuiſſe exiſtimant; qua de re videſis Seldenum de Diis Syris l. II, I: & De Jure Nat. & Gentium lib. III, cap. 19; item Bochartum in Phaleg lib IV, cap. I. Habuimus & ſuperius *Zaronam* eodem *Zaſrada*, ſeu *Zarada* nomine appellatum: & illud quidem nomen ab Arabico *Zarabou* ab aliis derivatum, quaſi *omnium ſator* eſſet ac genitor. Ego vero cuncta hæc lubentius a voce *Ζαρὰ* זרח *oriens*, vel *orientalis*, ſeu *claritas*, Gr. *αὐγὴ*, derivaverim. Unde *Ζαρίτας*, *orientalis*, & *Ζαρῆτις* Diana, Perſice, apud Heſychium. Quare apud Photium in Theodoro Mopſueſtiæ Epiſcopo ſuperius citato, ubi de *Ζαρυὰμ* agitur, dicitque, *ὃν καὶ ἀρχηγὸν πάντων εἰσάγει Ζαράσδης, ὃν καὶ τύχην καλεῖ*, *Quem & univerſi ducem ac principem inducit Zaraſdes, quem & Fortunam nominat*. Legere mallim, *ὃν καὶ Αὐγὰν καλεῖ*, *quem & ſplendorem nominat*. Quamquam non me fugiunt illa Platonis lib. IV de legibus: *Ὡς θεὸς μὲν πάντα, καὶ μετὰ θεοῦ Τύχη καὶ Καιρὸς τἀνθρώπινα διακυβερνῶσι ξύμπαντα*: *Deus enim, & poſt Deum Fortuna, atque Tempus humana cuncta moderantur*. Nec non Lunam, ſive Dianam, quam *Ζαρῆτιν* paulo ante Perſis dictam fuiſſe indicavimus, *Fortunam* veteres perhibuiſſe memini, quod pluribus Gallorum in his literis eruditiſſimus Huetius docet Not. in Originem, p. 109: quia Lunaris poteſtas in rerum ortu & interitu maxima eſt, & efficaciſſima. Unde ei & calathus in capite in nummo Victorini, apud Anton. Auguſtinum tab. LXII. 3. qui in capite Dianæ, ſeu Lunæ novæ, *τῆς τῶν καρπῶν κατεργασίας, οὓς ἀνατρέφει*, i. e. *fructuum productionis, quos educat & nutrit*, ſymbolum eſt, teſte Porphyrio apud Euſebium in Pr. Eu. l. III. ſicut non alia quoque in IV Horarum, ſive anni temporum, Janique capite effictorum calathorum ratio eſt, prout in antiquis nummis & monumentis exhibentur. Præterea Fortuna nonniſi in ſublunaria poteſtatem habet, *ἐπειδὴ ὑπὲρ σελήνην οὐδὲν ἐκ τύχης ἂν γένοιτο*: *ſiquidem ſupra Lunam nihil omnino forte fortuna fieri poteſt*, ut Salluſtius ait c. IX de Diis. Veruntatem, quia bonus Manetis Deus *Lux* fuit, etymon hoc mihi a luce, ſive claritate, *παρὰ τὴν αὐγὴν*, deductum videtur: adeoque hæc emendatio magis placet. Notatu hic dignus eſt locus Regum lib. cap I, verſ. 31, ubi de Salomone LXX interpretes habent. *Καὶ ἐσοφίσατο ὑπὲρ πάντας τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἐσοφίσατο ὑπὲρ Γαιθὰν τὸν Ζαρίτην, καὶ τὸν Αἰνὰν*, &c. id eſt, *& prudentior, ſeu ſapientior erat cunctis hominibus, atque etiam Gatha Orientali (ſive ſapiente*, ſeu Philoſopho) *& Ænane*, &c. Erant enim tum Orientales omnes ſapientiæ laude clari Magiſtri, & Philoſophi, *Brachmanum* appellatione notiſſimi. Dixerat autem ſcriptor præcedente verſu, Salomonem omnem Orientalium & Ægyptiorum ſapientiam ſua ſuperaſſe. Hoc autem ſequente ſpeciatim celeberrimos ea ætate ſapientiæ antiſtites nomine deſignat. Poſſit & de *Chaldæis*, vel etiam de Perſarum *Magis* hæc vox *Orientalis* accipi, quia Perſæ Judæis ab oriente. Et hinc in N. T. *ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν ex oriente*, veniſſe Magi dicuntur. Familiare vero hoc iſtis gentibus nomen fuiſſe a variis S. S locis liquet. Sic filius *Zarà* Symeonis, atque item alius Judæ, Numeri cap. XXVI, verſ. 13. & 20 nominatur. Et *Zarè* Rex Æthiopum Paralipom. l. XIV, verſ. 9. multique paſſim alii: nec non *Zaraias* filius Ozi Eſdr. VII, 4: a *ſplendore* ſcilicet. Unde & Augeias Solis filius, cujus Hercules ſtabulum purgavit: & ipſe Sol *Αἰγλήτης*, ut eſt apud Photium, p. 456, & Heſychium in voce *αἰγλ.* & *Αἴγλη* Nympha Solis & Neæræ filia; ſive ea vox *νίκαιγλ* a verbo *νεῦν* deducta eſt,

Exſecror eos, qui Spiritum Sanctum, quem Dominus ſe miſſurum promiſerat, infelicem eſſe *Manetem* dicere ſuſtinent, neque verum Paracletum veritatis Spiritum confitentur, aut agnoſcunt, qui ſanctis Chriſti diſcipulis & apoſtolis die quinquageſima ſupervenit, per quem & omnes ſub cœlo linguas cognorunt, & mortuos excitarunt, & cetera miracula patrarunt.

Exſecror eos, qui animas humanas unius ac Deum eſſe ſubſtantiæ dicunt, & a materia abſorptas; Deum vero confidentem inde eas ex

eſt, qua ratione Lunam ſignificare poſſit, in quam νέα, deſcendit, ac proficiſcitur e ſole lumen; ſive a voce νέος, *novus*; item Αἰγλαὴρ Æſculapius apud Heſychium, Solis Apollinis filius. Quin etiam nunc Perſæ *argentum Zar* vocant, eadem ſplendoris de cauſa: & *Zarduxt* ipſis *amicus ignis* eſt. Ejuſdem originis eſt *Zariaſpes* fl. Bactrianæ, *Zaruana*, civitas Armeniæ, & *Zarangai*, Indiæ populus.

32. Καὶ Βουδᾶν] alius eſt Βούττας ille, ſive *Budda*, ut eſt apud Suidam, quem Brachmanem fuiſſe Clemens Alexandrinus refert lib. I Strom. & ab Indis tanquam Deum cultum. Verba Clementis ſunt: Εἰσὶ δὲ τῶν Ἰνδῶν, οἱ τοῖς Βούττα πειθόμενοι παραγγέλμασιν, ὃν δι' ὑπερβολὴν σεμνότητος ὡς Θεὸν τετιμήκασι: *Sunt autem ex Indis, qui Butta preceptis obſequuntur, quem ob ſanctitatis excellentiam pro Deo colunt.* Tempora namque non conveniunt. Manes enim ſub Valeriano vixit; Clemens vero ſub Commodo & Pertinace. De noſtro loquitur D. Hieronymus lib. I adverſus Jovinianum, ubi ait, *quem e latere ſuo virgo dicitur generaſſe*: ne ſcilicet per immunda tranſiens loca corporis impuritatis aliquid contraheret.

33. Καὶ τὸν Χριστὸν] Euſebius lib. VII Hiſt. Eccleſ. c. XXXI, de Manete: ἀκόλουθα τούτοις ἐγχειρῶν Χριστὸν ἑαυτὸν μορφάζεσθαι ἐπειρᾶτο. Τοτὲ μὲν τὸν Παράκλητον, καὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτὸς ἑαυτὸν ἀνακηρύττων, καὶ τυφούμενός γε ἐπὶ τῇ μανίᾳ. Τοτὲ δὲ οἷα Χριστὸς μαθητὰς δώδεκα κοινωνοὺς τῆς καινοτομίας αἱρούμενος: *Et his quidem conſimilia aggreſſus Chriſti ſimulare ac induere perſonam conatus eſt. Et aliquando quidem Paracletum & Spiritum Sanctum ſe eſſe ipſe prædicabat, inſania turgidus; quandoque vero ac ſi Chriſtus eſſet, duodecim diſcipulos nova doctrina ſuæ participes futuros ac præcones eligebat.* Exemplum hujus erroris a Menandro Samarite petitum, qui *ſe eum eſſe, qui miſſus* foret *ab inviſibilibus*, aſſerebat, *ſalvatorem pro ſalute hominum*; ut eſt apud Irenæum lib. I, c. XXI. Sed ut inconſtans erat Manes, ita nonnunquam ſe a Chriſto miſſum, & Chriſti diſcipulum ajebat. Unde Clementianus Manichæus in femore ſcriptum habebat, *Manichæus diſcipulus Jeſu Chriſti*; ut eſt apud Victorem Uticenſem, ſeu potius Vitenſem, lib. II, p. XI.

34. Τὸν Παράκλητον] ad exemplum Montani, qui & ipſe ſe Spiritum Sanctum eſſe jactabat a Chriſto promiſſum: ſeu potius Spiritum Sanctum in ſe primum, & Priſcam, ac Maximillam deſcendiſſe ferebat. D. Hieronymus ad Marcellam adv. Montanum.

35. Ὁμοουσίας εἶναι] D. Auguſtinus Epiſt. LXXIV ad Deuterium Epiſcopum; *Animas non ſolum hominum, ſed etiam pecorum, de Dei eſſe ſubſtantia, & omnino partes Dei eſſe arbitrantur. Deum denique bonum & verum dicunt cum tenebrarum gente pugnaſſe, & partem ſuam tenebrarum principibus miſcuiſſe, eamque toto mundo inquinatam & ligatam per cibos Electorum ſuorum, ac per Solem & Lunam purgari aſſeverant: &, quod purgari de ipſa parte Dei non potuerit, in fine ſeculi æterno ac pœnali vinculo colligari: ut non ſolum violabilis & corruptibilis, & contaminabilis credatur Deus, cujus pars potuit ad mala tanta perduci, ſed non poſſit ſaltem totus a tanta coinquinatione, & immunditia, & miſeria, vel in fine ſeculi purgari.* D. Hieronymus adv. Joannem Hieroſ. *Dicis animas hominum non partem Dei eſſe naturæ: quaſi Manichæus nunc ab Epiphanio ſis vocatus.* Idem ad Marcellinum & Anapſychiam: *ſuper animæ ſtatu memini veſtræ quæſtiunculæ, immo maxime eccleſiaſticæ quæſtionis: utrum lapſa de cælo ſit, ut Philoſophus, omneſque Platonici, & Origenes putant: an a propria Dei ſubſtantia, ut Stoici, Manichæus, & Hiſpaniæ Priſcilliani hæreſes ſuſpicantur: an in theſauro habeantur Dei, olim condita, ut quidam Eccleſiaſtici ſtulta perſuaſione confidunt: an quotidie a Deo fiant, & mittantur in corpora; ſecundum illud, quod in Evangelio ſcriptum eſt:* pater meus

θεὸν, καὶ ταύτας ἐξαντλεῖν, κάτωθεν δὲ [16] διὰ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης · [17] ἃ καὶ πλοῖα καλοῦσιν.

Ἀναθεματίζω τοὺς [18] τὴν μετεμψύχωσιν δοξάζοντας, ἣν καὶ αὐτοὶ καλοῦσι [19] μεταγγισμὸν ψυχῶν, καὶ τὰς βοτάνας, καὶ τὰ φυτὰ, [20] καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὰ ἄλλα πάντα [21] ἔμψυχα εἶναι ὑπολαμβάνοντας. καὶ τοὺς ταῦτα κόπτοντας, ἢ τίλλοντας, εἰς ἐκεῖνα μεταβληθήσε-

meus uſque modo operatur, & ego operor: *an certe ex traduce, ut Tertullianus, Apollinarius, & maxima pars occidentalium autumant: ut, quomodo corpus ex corpore, ſic anima naſcatur ex anima, & ſimili cum brutis conditione ſubſiſtat.*

36. διὰ τοῦ ἡλίου] Verbum εἶναι hic deeſſe videtur. Porro Veterum hæc Phrygum, & Attinis ac Cybeles ſacra colentium opinio fuit, quemadmodum ex his Juliani Imp. liquet, Orat. v, p 322: Ἔξω γὰρ τῆς αἰτίας, ἥ φασι τοῖς θεοῖς εἶναι τὸ φῶς σύνδρομον, ἔχειν οἰκείως πιστεύω τοῖς ἀφεθῆναι τῆς γενέσεως σπεύδουσι τὰς ἀναγωγοὺς ἀκτῖνας ἡλίου. σκόπει δὲ ἐναργῶς. Ἕλκει μὲν ἀπὸ τῆς γῆς ἅπαντα, καὶ προσκαλεῖται, καὶ βλαστάνειν ποιεῖ τῇ ζωπυρίδι καὶ θαυμαστῇ θέρμῃ, διακρίνων, οἶμαι, πρὸς ἄκραν λεπτότητα τὰ σώματα, καὶ τὰ φύσει φερόμενα κάτω κουφίζει. Τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ἀφανῶν αὐτοῦ δυνάμεων ποιητέον τεκμήρια. Ὁ γὰρ ἐν τοῖς σώμασι διὰ τῆς σωματοειδοῦς θέρμης οὕτω τοῦτο ἀπεργαζόμενος πῶς οὐ διὰ τῆς ἀφανοῦς καὶ ἀσωμάτου πάντη, καὶ θείας, καὶ καθαρᾶς ἐν ταῖς ἀκτῖσιν ἱδρυμένης οὐσίας ἕλξει, καὶ ἀνάξει τὰς εὐτυχεῖς ψυχάς; & mox: δέδεικται δὲ καὶ ἀναγωγοὶ φύσει τὸ τῶν ἀκτίνων τοῦ θεοῦ διά τε τῆς φανερᾶς ἐνεργείας, καὶ τῆς ἀφανοῦς, ὑφ' ἧς παμπληθεῖς ἀνήχθησαν ψυχαί. Id eſt, *Extra illam cauſam, qua Deos comitari ſemper lumen ajunt, iis, qui ex hac vita dimitti feſtinant, favere, ac velut occurrere, attractivos ſolis radios exiſtimo. Liquido hoc ita perſpice. Protrahit enim cuncta e terra, elicitque, ac germinare facit vivifico ſuo & admirabili calore, ad extremam uſque, ut arbitror, tenuitatem corpora diducens, eaque, quæ deorſum feruntur, allevat. Et ex his ſane, quæ viſu percipiuntur, de iis, quæ videri nequeunt, Solis facultatibus ac potentiis conjectura facienda eſt. Nam qui in corporibus corporeo tantum valet, & efficit calore, quur non inviſibili illa, & incorporea plane, ac divina, puraque in radiis ipſius collocata eſſentia attrahere, & ad ſe evehere felices animas cenſebitur.?* Et poſtpaulo: *vis autem natura attractiva Dei hujus radiorum jam oſtenſa eſt cum per viſibilem ejus efficaciam, tum per inviſibilem, qua plurimæ ſurſum elatæ ſunt animæ.* Alias, quia Saturnus planetarum maxime ſublimis eſt, animæque e cœlo ſupremo in corpora mitti credebantur, vim iis deſcendentibus intelligendi & contemplandi ſublimia a Saturno inferi veteres credebant, præſertim Platonici, eaſque ab eodem innumeris anguſtiis liberatas ad cœlum, & ad originis ſuæ primordia revocari; ut eſt apud Julium Firmicum Maternum de Errore profanæ relig. Verum Plato ſoli quoque eam vim tribuit: & accepit hoc a Pythagora; Pythagoras autem ab Ægyptiis, vel etiam a Chaldæis, & Perſis, habuiſſe videtur. Vehiculum enim quoddam animarum tradit, quo ad terreni corporis commercium a Deo deſcendebant, purgatæque deinde Mathematicis diſciplinis, & vinculis corporis exſolutæ, eodem ad Deum revehebantur. Qua de re plura Holſtenius de vita & ſcriptis Porphyrii cap. VIII. Quin & ipſe Porphyrius de Antro Nympharum Theologorum eam eſſe ſententiam dicit, Solem & Lunam animarum portas eſſe, eaſque per Lunam deſcendere, per Solem vero adſcendere.

37. ἃ καὶ πλοῖα καλοῦσιν] D. Auguſtinus de hæreſibus: *Quidquid undique purgatur luminis, per quaſdam naves, quas eſſe Lunam & Solem volunt, regno Dei tamquam propriis ſedibus reddi. Quas itidem naves de ſubſtantia Dei pura perhibent fabricatas: lucemque iſtam corpoream, animantium mortalium oculis adjacentem non ſolum in his navibus, ubi eam puriſſimam credunt, verum etiam in aliis quibuſque lucidis rebus, ubi ſecundum ipſos tenetur admixta, crediturque purganda, Dei dicunt eſſe naturam.* Heraclitus ſidera, ut & Solem ac Lunam, *collectos in convexis ſcaphis ignes* eſſe ſtatuit, ut eſt apud Heſychium Illuſtr. in Heraclito. Ægyptii autem Deos ſuos in navigiis ſtatuebant, ſignificantes Dæmones, ſeu ſpiritus ferri ſuper aquas, & ad generationem pronos eſſe. Porphyr. de Antro

exhaurire, & ope Solis ac Lunæ *deorſum* mittere, quos & *navigia* vocitant.

Exſecror eos, qui transmigrationem animarum ſtatuunt, quam & *animarum de vaſe in vas defuſionem* appellant; herbaſque, & plantas, & aquam, ceteraque alia omnia animalia eſſe exiſtimant; quique illa lædunt, velluntve, in ea mutatum iri tradunt: nos autem Chriſtianos, qui

tro Nymphar. Martianus Capella lib. II extremo. Clemens Alex. Strom. v. Suevorum aliqui, ut eſt apud Tacitum de Mor. Germ. (cui, *unde cauſſa & origo peregrino ſacro*, parum compertum) Iſidem, ſive Lunam *in modum liburnæ figurato ſigno*, quod navigii genus, coluere.

38. *Τὴν Μετεμψύχωσιν*] quæ toti Orienti fere aſſerta: ita ut & Judæos in partes ſuas traxerit: quorum Rabbini multa de Revolutione habent animarum. Eandem Simon quoque magus aſſeruit, Helenamque ſuam Græcam illam Helenam fuiſſe finxit, Trojani belli cauſſam. De qua videſis Irenæum l. I, c. xx. Docebant eandem & Gnoſtici.

39. *Μεταγγισμὸν*] D. Auguſtinus de Hæreſ aliam hanc, & diverſam a Manichæis fuiſſe ſectam docet, quibus *Metangiſmonitarum* inde nomen datum. Hi enim Metangiſmon aſſerentes dicebant, *ſic eſſe in Patre filium, quomodo vas in vaſe: quaſi duo corpora carnaliter opinantes, ita ut filius intret in patrem, tamquam vas minus in vas majus. Unde & tale nomen hic error accepit, ut μεταγγισμὸς Græce diceretur. Ἀγγεῖον quippe illa lingua* vas *dicitur.*

40. *καὶ τὸ ὕδωρ*] Hinc *Naiades*, *Crenides*, *Epipotamides*, *Limneæ*, *Puteales*, & omne fontium, fluminum, ac maris præſidum Nympharum genus ortum: de quibus aliqua apud Homeri Scholiaſten legere eſt in Iliad. *υ*, nec non apud Porphyrium de Antro Nympharum. Omnium vero aquarum Rex φιλβὰν in antiquo Mſ. Gr. Cod. apud Gaulminum appellatur, in not. ad Pſellum, qui libro de Dæmon. p 82, poſtquam inter ſex Dæmonum genera Aqueum & Marinum numeraſſet, ita de his loquitur: *ὅσοι μὲν γὰρ ἐν ὑγροῖς βιοῦσι, καὶ τὴν μαλθακωτέραν στέργουσιν ἀγωγήν, ὄρνισί τε, καὶ γυναιξὶν ἐμφερεῖς ἑαυτοὺς ποιοῦσι. διὸ καὶ Ναΐδας τούτους, καὶ Νηρηΐδας, καὶ Δρυάδας θηλυκῶς καλοῦσιν Ἑλλήνων παῖδες: Quicunque vero ex his in humido degunt, ii & molliorem vivendi ſectantur rationem, & avium ac mulierum formas induunt.* *Unde &* Naides *illos*, *ac* Nereides, *&* Dryades *feminino Græci nomine appellant.*

41. *ἔμψυχα εἶναι*] inter Dogmata Manichæorum & hoc erat, animam rationalem non hominibus tantum, ſed & brutis animantibus, & plantis ineſſe, ſicut ſupra indicavi: Huc mihi Origenes reſpicere videtur l. I. adv. Celſum, p. 16: *ἔτι ὧν εἶναι παρὰ Κέλσῳ καὶ τοῖς ὁμοίοις αὐτῷ, λογίζεται τοῦ μὴ εἰς λογικὰ μόνον καὶ θνητὰ ζῷα, ἀλλὰ καὶ εἰς ἄλογα κατάγοντος τὴν θειότητα, ἐπὶ τὴν μυθικὴν μετενσωμάτωσιν τὴν περὶ τῆς πιπτούσης ἀπὸ τῶν ἁψίδων τοῦ οὐρανοῦ ψυχῆς, καὶ ἕως τῶν ἀλόγων ζῴων* &c. *καταβαινούσης.* Sic ut jam vetus, & ſine dubio, ut alia reliqua, ab oriente petitum hoc Manetis dogma videatur. Quare tam auditoribus quam Electis ſuis carnis abſtinentiam Manes imperabat, & plantarum atque arborum cuſtodiam & curam. Quod ſi quis carnem comediſſet, in iſtiuſmodi animal animam ejus tranſituram affirmabat: ita & ſiquis plantam, aut arborem læſiſſet, aut convelliſſet, in eam poſt mortem animam illius incluſum, ejuſque ramis illigatum iri, ita ut inde exire non poſſet, nec miſeria liberari, niſi ea exſcinderetur, aut interiret. Unde revolutio hominis in arborem pro ingenti pœna, non tamen ſumma, Manichæis habita. Quin & ſiquis Electorum ſciens pomum, vel folium, ex arbore decerpſiſſet, *ſignaculi corruptorem* eſſe dicebant: de quo ſuo loco. Ceterum fructus, aut herbas ab auditoribus lectas compenſatione quadam expiari, dum ſanctis, Electiſque, ad manducandum data ab his purgarentur: atque ita peccatum illud aboleri. At in animalibus occidendis aliam rationem eſſe; nec id cuiquam permiſſum; quod earum carnibus Electi abſtinerent, adeoque illas manducando non purgarent. Adeo ut ſiquis ſeu bubonem, ſeu murem, ſeu ſerpentem, vel qualecunque animal, (exceptis cimicibus, pediculis, & pulicibus, quibus & Benjani etiam nunc in India parcunt) occidiſſet, in idem animantis genus animam ejus poſt mortem migraturam aſſererent; quare & factum tale, ſive arborem eruerent, ſeu animal necarent, *homicidium* appellabant.

θήσεσθαι φάσκοντας, καὶ ἡμᾶς τοὺς Χριστιανοὺς, τοὺς μὴ παραδεχομένους τὰς τοιαύτας μυθολογίας, καλοῦντας [42] Ἀπλαναρείους.

Ἀναθεματίζω τοὺς ἀρνουμένους [43] τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν. καὶ τοὺς [44] ἀπανθρωπίαν διδάσκοντας, καὶ μὴ συγχωροῦντας [45] δίδοσθαί τι πένητι. καὶ τοὺς [46] τὸ αὐτεξούσιον ἀναιροῦντας, καὶ [47] μὴ ἐφ' ἡμῖν εἶναι λέγοντας τὸ εἶναι καλοὺς ἢ κακούς. καὶ τοὺς [48] βρωμάτων ἀπέχεσθαι προστάττοντας, ἃ ὁ θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν.

Ἀναθεματίζω τοὺς [49] τοῖς οἰκείοις οὔροις ἑαυτοὺς μιαίνοντας, καὶ μὴ ἀνεχομένους τὰς ῥυπαρίας αὐτῶν [50] τῷ ὕδατι ἀποπλύνειν. ἵνα μὴ μολυνθῇ φασὶ τὸ ὕδωρ.

Ἀναθεματίζω τοὺς [51] τὴν παρὰ φύσιν ἀσχημοσύνην κατεργαζομένους, οὐ μόνον ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας. [52] τὸν δὲ γάμον ἀποβαλλομένους, καὶ τῆς νενομισμένης πρὸς τὰς γυναῖκας συνουσίας ἀπεχομένους, [53] ἵνα μὴ παιδοποιήσωσί, φασι, καὶ ψυχὰς εἰς τὸν βόρβορον [54] τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν καταγάγωσι.

Ἀναθεματίζω, καὶ καταθεματίζω πάντας τοὺς Μανιχαίους, καὶ τὰ τούτων φρονήματα, καὶ δόγματα [55] σὺν αὐταῖς ψυχαῖς τε, καὶ σώμασι.

καὶ

42. Ἀπλαναρείους] *Non vagantes*; quorum animæ non tranſirent in arbores, ſeu plantas, ac animalia: ab ἀπλανής, *fixus*, *ſine errore*. Πλάνη, *error*, *vagatio*.

43. τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν] negabant illam Marcionitæ, *corpus non poſſe fieri particeps ſalutis* dicentes. A Marcionitis Manes ſententiam eam accepiſſe videtur, qui reſurrectionem corporum veluti fabulam explodebat, οὐδὲν τῆς ὕλης μόριον ἄξιον ὑπειληφὼς σωτηρίας: *nullam materiæ partem ſalute dignam præſumens*.

44. ἀπανθρωπίαν] etenim τὴν εἰς τοὺς πένητας γινομένην φιλανθρωπίαν τῆς ὕλης εἶναι θεραπείαν, *benignitatem pauperibus exhibitam materiæ cultum eſſe*, ajebant.

45. δίδοσθαί τι πένητι] D. Auguſtin. cap. XVI de Mor. Manichæor. c. XVI: *Panem mendicanti dare prohibetis: cenſetis tamen propter miſericordiam, vel potius propter invidiam, nummos dari.* Et poſtea: *quid ſi nummis illis, quos dederis, panem emat? Nonne hoc in illo pars illa veſtra divina, qui hanc ſumit a venditore, preſſura eſt, quod preſſura erat, ſi te dante ſuſcepiſſet? Involvit igitur* [illegible] *peccator ille mendicus partem Dei revelare cupientem, tuis nummis ad tantum ſcelus adjutus.*

46. τὸ αὐτεξούσιον] D. Hieronymus lib. II adverſus Jovinianum: *Liberi arbitrii nos condidit Deus: nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate trahimur.* Idem adverſus Pelagianos, (qui ita *Dei gratiam ponebant, ut non per ſingula opera ejus nitamur, & regamur auxilio: ſed ad liberum* referebant *arbitrium, ad præcepta legis ponentes illud Eſaiæ:* Legem enim Deus in adjutorium poſuit: *ut in eo Deo referendæ ſint gratiæ, quod tales nos condiderit, qui noſtro arbitrio poſſimus & eligere bona, & vitare mala*) hæc regerit: *Ceterum nos in eo differimus a brutis animantibus, quod liberi arbitrii conditi ſumus: ſed ipſum liberum, ut diximus, arbitrium Dei nititur auxilio, illiuſque per ſingula ope indiget.* Plura videtis apud Baſil. Magnum Homil. VI in Hexaemeron. Theodoret. ſerm. V. de natura hominis, & in primis Origenem in Geneſin ſect. II. & in Exodum, ubi doctrinam de Prædeſtinatione graviter oppugnat.

47. Μὴ ἐφ' ἡμῖν] *non in noſtra poteſtate eſſe, ut boni, malive ſimus.* Natura enim nos eſſe tales docebant.

48. Βρωμάτων ἀπέχεσθαι] imo & vino. Ceterum ab animalibus abſtinere primus Saturninus juſſit: quem ſecuti ſunt Tatianus, & Encratitæ. Sed & e Baſilidis diſcipulis aliquos a carnibus abſtinuiſſe tradit Irenæus l. I. c.

XXII

qui fabulas iſtiuſmodi non admittimus, *Aplanarios*, (id eſt, *non vagantes*) vocant.

Exſecror eos, qui carnis reſurrectionem negant; quique inhumanam animi duritiem docent, neque pauperi quidquam dari permittunt; item qui liberum arbitrium tollunt, nec in noſtra ſitum eſſe poteſtate dicunt, ut boni, malive ſimus: nec non, qui & a cibis quibuſdam, quos Deus in uſus noſtros creavit, abſtinere jubent.

Exſecror eos, qui propria ſeſe urina inquinant, nec, ut ſordes ſuæ aqua abluantur, ſuſtinent, ne, ut inquiunt, aqua polluatur.

Exſecror eos, qui inhoneſta contra naturam committunt, non viri modo, ſed & mulieres: conjugia autem rejiciunt, & a legitimo cum uxoribus congreſſu abſtinent, ne liberos, ut ajunt, procreent, animaſque in humanarum animarum lutum demergant.

Exſecror & devoveo omnes Manichæos, eorumque placita & ſententias, una cum ipſis animabus & corporibus, nec non ipſorum abominanda,

xxii. vide & Origenem lib viii adverſus Celſum.

49. *τοῖς οἰκείοις οὔροις*] ſimile quid apud Theodoretum legitur l. i. Hæret. fabular. in Marcione: ubi noſſe ſe quendam ſenem nonagenarium ait, qui mane, cum ſurgeret, ſputi excremento faciem ſuam lavabat, cauſamque rogatus, reſpondit, *ſeſe nolle opus habere creatore, nec aquam, quæ ex illius operibus eſt, uſurpare.* Hic autem cum ceteris Marcionitis aquam, & cetera a Deo creatore, quem diverſum a Deo Chriſti patre ſtatuebant, condita, impura exiſtimabat: Manichæi contra aquam nimis mundam, quam contaminare abluendo corpus ſuum nolebant. Poſſit & huc referri Catullianum illud in Egnatium carmen, qui, ut albedinem dentibus conciliaret, eoſdem Celtibera urina defricabat. Celtiberos autem non dentes modo, ſed & faciem, ac totum corpus, lotio ſanitatis gratia laviſſe, ex Diodoro & Strabone Voſſius in notis ad hoc carmen indicat. Ceterum Pſellus lib. de Dæmonibus excrementa humida & ſicca eos deguſtaſſe tradit, quo ſibi benevola & affabilia fierent Dæmonia. Exemplum vero Dæmoniaci propria excrementa devorantis ex Athanaſio in vita Antonii Eremitæ affert Gaulminus in notis.

50 *τῷ ὕδατι*] Objicit tamen iis D. Auguſtinus hujus præcepti transgreſſionem lib. de moribus Manich. c. xix; *Multi* (Electorum) *in vino & carnibus, multi lavantes in balneis inventi ſunt.*

51. *τὴν παρὰ φύσιν ἀσχημοσύνην*] lau ſatam Caſſ quondam, & Turcis, Italis, Gallis, haud ignotam.

52. *Τὸν δὲ γάμον ἀποβάλλ.*] primus Saturnilus, ſive ut alii Saturninus, *Nubere & generare a Satana eſſe* docuit, & nuptias *Diaboli doctrinam* appellavit. Theodor. l. iii. Irenæus l. i, c. xxii: *Manes nuptias Diaboli legem* eſſe dicebat, *τῦ διαβόλυ νομοθεσίαν.* Idem dein ſenſerunt Encratitæ. D. Hieronymus l. i adv. Jovinianum: *Nec Tatiani principis Encratitarum errore decepti omnem coitum ſpurcum putamus: qui non ſolum nuptias, ſed & cibos, quos Deus creavit ad utendum, damnat.*

53. *ἵνα μὴ παιδοποιήσωσι.*] D. Auguſtinus de moribus Manich. c. xviii: *Nonne vos eſtis, qui filios gignere, eo quod anima ligetur in carne, gravius putatis eſſe peccatum, quam ipſum concubitum? Nonne vos eſtis, qui nos ſolebatis monere, ut, quantum fieri poſſet, obſervaremus tempus, quo ad conceptum mulier poſt genitalium viſcerum purgationem apta eſſet, eoque tempore a concubitu temperaremus, ne carni anima implicaretur?*

54. *τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν*] Duas enim in homine animas Manichæi ſtatuebant. Qua de re plura Voſſius de Idolol l iii. c. xl. p. 464, ubi & multos alios in eadem fuiſſe docet ſententia, & in primis Jacobum Syrum, unde *Jacobitis* nomen. Vid. & D. Auguſtinum de duabus animabus contra Manichæos, c. xiv. Alias *σωμάτων* legere pro *ψυχῶν* malim.

55. *σὺν αὐταῖς ψυχαῖς*] vide eandem ferme formulam in Anathematiſmis Maſſalianor.

 56. τον-

καὶ τὰ μυσαρὰ, καὶ ἀκάθαρτα, καὶ [56] γοητείας πλήρη μυστήρια, καὶ [57] τὸ καλούμενον αὐτῶν βῆμα. καὶ πάντα, ὅσα τελοῦσιν ἀθέως. ἃ ταῖς Μανιχαϊκαῖς, μᾶλλον δὲ γοητικαῖς, αὐτῶν περιέχεται βίβλοις.

Ἀναθεματίζω πάντα τὰ δόγματα, καὶ [58] τὰ συγγράμματα τοῦ Μάνεντος, καὶ τὸ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ βιβλίον, καὶ πάσας [59] τὰς Μανιχαϊκὰς βίβλους, οἷον τὸ νεκροποιὸν αὐτῶν [60] Εὐαγγέλιον, ὅπερ ζῶν καλοῦσι, καὶ [61] τὸν Θησαυρὸν τοῦ θανάτου, ὃν λέγουσι [62] θησαυρὸν ζωῆς, καὶ τὴν καλουμένην Μυστηρίων βίβλον, ἐν ᾗ ἀνατρέπειν πειρῶνται νόμον, καὶ προφήτας. καὶ τὴν τῶν Ἀποκρύφων, καὶ τὴν τῶν Ἀπομνημονευμάτων, καὶ τὴν γεγραμμένην [63] Ἄδα, καὶ [64] Ἀδείμαντον, καὶ τὰ Μωσέως, καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν. καὶ τὴν λεγομένην [65] Ἑπτάλογον Ἀγαπίου, καὶ τὴν Ἀριστοκρίτου βίβλον, ἣν ἐπέγραψε Θεοσοφίαν, ἐν ᾗ πειρᾶται δεικνύναι τὸν Ἰουδαϊσμὸν, καὶ τὸν Ἑλληνισμὸν, καὶ τὸν Χριστιανισμὸν ἓν εἶναι καὶ τὸ αὐτὸ δόγμα. καὶ ἵνα πιθανὰ δόξῃ λέγειν, καθάπτεται καὶ τοῦ Μάνεντος, ὡς πονηροῦ.

Ἀναθεματίζω, καὶ καταθεματίζω πάντας τοὺς Μανιχαίους, καὶ πᾶσαν αὐτῶν βίβλον, καὶ πᾶσαν εὐχὴν, μᾶλλον δὲ γοητείαν, καὶ πάντας [66] τοὺς ἀρχηγοὺς αὐτῶν διδασκάλους, καὶ ἐπισκόπους, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ ἐκλεκτοὺς, καὶ ἐκλεκτὰς, καὶ ἀκροατὰς, καὶ μα-

56. *γοητείας πλήρη μυστήρια*] Theodoretus: *κέχρηνται δὲ καὶ γοητείαις διαφερόντως, τὰ δυσαγῆ αὐτῶν ἐκτελοῦντες μυστήρια. Ταύτῃ τοι καὶ δυσέκνιπτος αὐτῶν ἡ διδασκαλία, καὶ τὸν τῶν μυσαρῶν ὀργίων μετειληφότα λίαν ἐστὶ δυσχερὲς μετατεθῆναι τῆς τῶν ψυχοφθόρων ἐνεργείας δαιμόνων, ταῖς τελούντων ἐπῳδαῖς τὰς ἐκείνων καταδεσμούντων ψυχάς*: *Præſtigiis quoque admodum utuntur nefaria myſteria ſua peragentes: eoque difficilius elui poteſt illorum doctrina; &, qui exſecrandis eorum orgiis fuerit inbutus, hunc arduum prorſus eſt dimovere a corrumpentium animas Dæmonum operatione, qui per initiantium incantationes eorum animas illigant.* Hinc D. Auguſtinus, adverſus Manichæos alicubi, horum adhuc ſe myſteriorum expertem fuiſſe profitetur. Forte enim alias non ita facile eorum laqueis fuiſſet expeditus. Acceperunt illas artes pravas a Baſilidianis & Gnoſticis, quibus Phylacteria, & amuleta, philtra, & *ἐπῳδαὶ* in quotidiano uſu. Illis vero Simon magus præivit.

57. *τὸ καλούμενον αὐτῶν βῆμα*] Explicat hoc D. Auguſtinus libro contra Epiſt. Manichæi, cap. VIII: *Cum ſæpe a vobis quærerem illo tempore, quo vos audiebam, quæ cauſa eſſet, quod Paſcha Domini pleriſque nulla, interdum a paucis tepidiſſima celebritate frequentaretur, nullis vigiliis, nullo prolixiore jejunio indicto auditoribus veſtris, nullo denique feſtiviore apparatu, cum veſtrum* Bema, *id eſt, diem, quo Manichæus occiſus eſt, quinque gradibus inſtructo tribunali, & pretioſis linteis adornato, ac in promtu poſito, & objecto adorantibus, magnis honoribus proſequamini: Hoc ergo cum quærerem, reſpondebatur, ejus diem paſſionis celebrandum eſſe, qui vere paſſus eſt; Chriſtum autem, qui natus non eſſet, neque veram, ſed ſimulatam carnem humanis oculis oſtendiſſet, non pertuliſſe, ſed finxiſſe paſſionem.*

58. *τὰ συγγράμματα*] Libri hi Palmyreno & Syriaco ſermone ſcripti fuere; quorum unus viginti duas in partes diviſus, quot literæ ſunt Alphabeti Syriaci, inſcribebatur *Manichæi Myſteria.* Erat & alius, cui titulus *Theſaurus*, cujus hic mox fit mentio; cujuſque librum ſeptimum citat D. Auguſtinus de Natura Boni, cap. XLIV. item alius, *Theſaurus minor.* item *de Aſtrologia.* Tum & *Evangelium Vivum.* Item *Manetis Epiſtolarum* liber.

da, & impura, & impoſturæ plena myſteria; quodque ipſis appellatur Βῆμα, ſive *altare*: & quæcunque porro ab illis impie in ſacris fiunt atque celebrantur, Manichaïcis, ſeu potius præſtigiatricibus ipſorum libris convenientia.

Exſecror omnia placita, Commentariaque Manetis, ut & *librum* ejus *Epiſtolarum*, omneſque porro libros Manichaïcos, cujuſmodi eſt mortiferum eorum *Evangelium*, quod *vivum* vocant; & theſaurum mortis, quem ipſi *Theſaurum* nominant *vitæ*; item *librum* ut appellatur, *Myſteriorum*, quo legem & prophetas ſubvertere conantur; nec non *Apocryphorum* librum, ac *Apomnemoneumatum*, (ſive Manetis Dictorum factorumque memorabilium Commentarium) & librum inſcriptum Adæ, ut & Adimanti, Moyſiſque, & aliorum prophetarum. Item, qui dicitur *Agapii Heptalogus*, & quæ ab *Ariſtocrito* conſcripta eſt *Theoſophia*: in qua demonſtrare conatur, Judæorum religionem, ac Græcorum, & Chriſtianorum, unam eandemque doctrinam eſſe: utque veriſimilia dicere videatur, Manetem quaſi malum hominem inceſſit, ac traducit.

Exſecror & devoveo omnes Manichæos, & omnes eorum libros, & omnes preces, ſeu potius præſtigias, omneſque eorum doctores, anteſignanos, ac epiſcopos, & presbyteros, item *electos* & *electas*, *auditores*, &

ber. Atque hi ſeu Buddæ, ſeu Manetis, fuere. Ceteri a diſcipulis ſcripti ſunt.

59. *τὰς Μανιχαϊκὰς βίβλυς*] miror hic non recenſeri *τὴν γιγάντειον βίβλον*, quem librum ab Heracliano confutatum e Photio diſcimus.

60. *Εὐαγγέλιον, ὅπερ ζῶν* &c.] Inveniuntur apud Photium ex Heracliano Chalcedonenſi Epiſcopo contra Manichæos Excerpta: ubi Diodori meminit viginti quinque libris Manichæorum errores confutantis, quorum ſeptem primi in refellendo, evertendoque *τῷ τῶ Μανιχαίυ ζῶντι Εὐαγγελίῳ* conſumti fuerint.

61. *τὸν θησαυρὸν τῦ θανάτυ*] eodem modo, quo S. Ignatius Martyr, in Epiſt. ad Smyrnæos, Hæreticos *συνηγόρυς* appellat *τῦ θανάτυ μᾶλλον, ἢ τῆς ἀληθείας*.

62. *θησαυρὸν ζωῆς*] citat, uti diximus, D. Auguſtin. locum e lib. VII *Theſauri*, de Natura boni, c. XLIV. ſcripſit autem inter alios adverſus hunc Heraclianus Chalcedonenſis Epiſcopus, ut eſt apud Photium.

63. *Ἄδα*] Ἀδδᾶν eum appellat Theodoretus, primumque inter tres Manetis diſcipulos nominat, quorum hic in Syriam miſſus ad prædicandum, ſicut Thomas ad Indos. Et fortaſſe Thomas iſte Manetis Apoſtolus fuit, cujus apud Indos celebre nomen eſt; quem paſſim Europæi Thomam Chriſti fuiſſe diſcipulum exiſtimant. Sed de re obſcura incerta conjectura eſt.

Ibid. Ἄδα] ſcripſit contra hunc, qui Ἀδδᾶς aliis appellatur, Titus, item Diodorus, teſte Photio. Hic autem Addæ liber Μόδιον inſcriptionem præ ſe ferebat.

64. Ἀδείμαντον] quem *ſolum* Manichæis *poſt beatum patrem* ſuum *Manichæum ſtupendum* ait Fauſtus apud Auguſtin. lib. I, adverſus Fauſtum. Et exſtat liber ejuſdem Auguſtini contra hunc Adimantum, tom. VI; ubi inter cetera: *Quid? quod etiam inſultare auſus eſt populo Iſrael Adimantus, unus ex diſcipulis Manichæi, quem magnum doctorem illius ſectæ fuiſſe commemorant.*

65. Ἑπτάλογον Ἀγαπίυ] Timotheus Preſbyter Conſtantinop. *de iis, qui accedunt ad Eccleſiam*, Ἀλογίυ nomen ſubſtituit: recenſetque, quæ hic non memoratur, libros τῶν εὐχῶν, & τῶν κεφαλαιῶν: item, τὴν τῶν γιγάντων πραγματείαν, & κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον, nec non τὸ κατὰ Φίλιππον Εὐαγγέλιον, τὰς πράξεις Ἀνδρέυ τῦ Ἀποςόλυ, τὴν πεντεκαιδεκάτην πρὸς Λαοδικεῖς ἐπιςολὴν, & τὰ παιδικὰ τῦ κυρίυ: quem librum in Cæſarea Bibl. me legiſſe, ſed mutilatum, memini.

66. τὺς ἀρχηγὺς] vide quæ ſupra p. 129 de his omnibus notata ſunt.

67. Εὐ-

μαθητὰς, μετὰ τῶν ψυχῶν αὐτῶν, καὶ τῶν σωμάτων, καὶ τῆς ἀθέου παραδόσεως.

Ἀναθεματίζω τὸν πατέρα Μάνεντος Πατέκιον, οἷα ψεύστην, καὶ τοῦ ψεύδους πατέρα. καὶ τὴν αὐτοῦ μητέρα Κάροσσαν, καὶ Ἱέρακα, καὶ Ἡρακλείδην, καὶ Ἀφθόνιον, τοὺς ὑπομνηματιστὰς, καὶ ἐξηγητὰς τῶν τούτου συγγραμμάτων, καὶ τοὺς λοιποὺς αὐτοῦ μαθητὰς τοὺς ἅπαντας, Σισίνιον τὸν διάδοχον τῆς τούτου μανίας, Θωμᾶν τὸν συνταξάμενον τὸ κατ' αὐτῶν [67] Εὐαγγέλιον, Βουδᾶν, Ἑρμᾶν, Ἄδδαν, Ἀδείμαντον, Σαρύαν, Γαβελάβιον, Ἀγάπιον, Ἱλάριον, Ὀλύμπιον, Ἀριστόκριτον, Σαλμαῖον, Ἰνναῖον, Πάαπιν, Βαραῖαν, καὶ πρὸς ἔτι, τοὺς ἐσχάτοις ὕστερον χρόνοις προστατήσαντας τῆς αἱρέσεως, Παῦλον, καὶ Ἰωάννην, τοὺς Καλλινίκου παῖδας, Κωνσταντῖνον, τὸν καὶ Σιλουανὸν, Συμεῶνα, τὸν καὶ Τίτον. Γενέσιον, καὶ Τιμόθεον, Ζαχαρίαν τὸν μισθωτὸν, Ἰωσὴφ, τὸν καὶ Ἐπαφρόδιτον, Βαάνην τὸν ῥυπαρόν. Σέργιον, τὸν καὶ Τυχικὸν, καὶ τοὺς τούτου μαθητὰς, τοὺς καὶ συνεκδήμους αὐτοῦ λεγομένους. μιχαὴλ Κανακάριον, Ἰωάννην, Θεόδοτον, Βασίλειον, καὶ Ζώσιμον. ὧν οἱ δῆθεν [68] προβαθμιώτεροι Νοτάριοι κατονομαζόμενοι τὴν τῶν βδελυκτῶν ὀργίων ἐνεχειρίζοντο ἐπιμέλειαν. πρὸς δὲ τούτοις ἀναθεματίζω τὸν τελσαλιτήριον Καρβέαν, καὶ τὸν ἐκ γένους μὲν αὐτῷ ἀνεψιὸν, ἐπὶ παιδὶ καὶ γαμβρὸν, Χρυσόχειρα.

Ἀνάθεμα ταῖς λεγομέναις τῶν Μανιχαίων ἐκκλησίαις, αἵτινές εἰσιν αὗται. Ἡ Μακεδονία, ἤτοι ἡ ἐν Κωλωνίᾳ Κίβοσσα. ἡ Ἀχαΐα, ἤτοι ἡ ἐν Σαμοσάταις Μανάλις. ἡ Λαοδίκεια, ἤτοι ἡ κατὰ Λυκέσαν Ἀργαοῦς. ἡ Κολασσαέων, ἤτοι ἡ Κυνοχωριτῶν, ἡ Ἐφεσίων, ἡ ἐν Μοψουεστίᾳ, καὶ ἡ Φιλιππησίων.

Ἀνάθεμα τοῖς μὴ λέγουσι πατέρα παντοκράτορα ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων, ἀλλὰ μόνον πατέρα ἐπουράνιον, ἔχοντα μόνον τὴν τοῦ μέλλοντος ἐξουσίαν αἰῶνος, ὡς τοῦ παρόντος αἰῶνος, καὶ τοῦ κόσμου παντὸς, οὐχ ὑπ' αὐτοῦ γενομένων, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ἐναντίου αὐτῶν τοῦ πονηροῦ κοσμοκράτορος.

Ἀνάθεμα τοῖς ὑβρίζουσι μὲν τὴν ἁγίαν θεοτόκον Μαρίαν, προσποιουμένοις δὲ τιμᾶν αὐτὴν, καὶ νοοῦσιν ἀντὶ ταύτης τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, εἰς ἣν, φασὶ εἰσῆλθε, καὶ ἐξῆλθεν ὁ κύριος. καὶ τοῖς δυσφημοῦσι μὲν τὸν σεβάσμιον σταυρὸν, ὑποκρινομένοις δὲ σέβεσθαι τοῦτον, καὶ νοοῦσιν ἀντ' αὐτοῦ τὸν Χριστὸν, ὃς ἐκτείνας, φασὶ, τὰς χεῖρας τὸν σταυρικὸν τύπον διεχάραξε. [69] καὶ τοῖς ἀποστρεφομένοις μὲν τὴν τοῦ τιμίου σώμα-

67. Εὐαγγέλιον] Meminimus ejus paulo lius quoque Petrus Siculus. Fuit & aliud ante e Timotheo Presbytero. Meminit il- | Scythiani, ςujus mentio exſtat apud Cyrillum

& diſcipulos, una cum animabus & corporibus ipſorum, atque impiis traditionibus.

Exſecror Manetis patrem Patecium, quippe mendacem, & mendacii patrem; ut & matrem ejus Caroſſam: item Hieracem, Heraclidem, & Aphthonium, interpretes enarratoreſque illius Commentariorum; ceteroſque omnes illius diſcipulos. Siſinium inſaniæ ipſius ſucceſſorem: Thomam, qui ipſorum conſcripſit Euangelium, Budam, Hermam, Adan, Adimantum, Zaruam, Gabriabion, Agapium, Hilarium, Olympium, Ariſtocritum, Salmæum, Innæum, Paapin, Baraïam; itemque qui extremis poſtea temporibus ſectæ hujus propugnatores extitere, Paulum & Joannem Callinices filios; Conſtantinum, qui & Silvanus; Symeonem, qui & Titus, Geneſium, & Timotheum: Zachariam mercenarium, Joſephum, qui & Epaphroditus; Baanem illum ſordidum; Sergium, qui & Tychicus, ejuſque diſcipulos, qui & *comperegrinatores*, ſive *peregrinationis* ejus Socii vocantur: Michaelem Canacarium, Joannem, Theodotum, Baſilium, & Zoſimum. Quorum qui quaſi gradu altiores ſunt, & *Notarii* appellantur, abominabilium orgiorum curam gerunt. Præter eos & longe ſceleſtiſſimum Carbeam exſecror, quique illi & genere conſobrinus, & per filiam gener eſt, Chryſochira.

Anathema quoque Manichæorum, ut vocantur, Eccleſiis, quales ſunt: Macedonia, ſive quæ in Colonia, Ciboſſa: Achaia, ſive quæ Samoſatis Manalis: Laodicea, ſive quæ in Lycia Argais: Coloſſenſis, ſive Cynochoretarum; Epheſiorum: item quæ Mopſueſtiæ, & Philippenſis.

Anathema iis, qui non dicunt, Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ, omniumque, quæ in ipſis viſibilia ſunt & inviſibilia; verum tantummodo; Patrem cœleſtem, habentem ſolum futuri ſeculi poteſtatem: ac ſi præſens ſeculum, totuſque mundus ab eo factus non eſſet, verum ab adverſario illorum malo mundi principe.

Anathema iis, qui ſanctam Deiparam Mariam contumelia afficiunt; ipſam vero honore ſe afficere ſimulantes illam, quæ ſupra eſt, ἰλὺν, (limum) intelligunt, quam intraſſe & exiiſſe dominum ferunt. Item, qui de veneranda cruce male loquuntur, ipſam autem venerari ſe ſimulant, & pro ea Chriſtum ſentiunt, qui manus, ut inquiunt, extendens figuram crucis expreſſit. Item, qui a communione venerandi corporis ac ſanguinis Chriſti abhorrent, ipſamque admittere fingentes, pro

rillum in Catecheſi VI.

68. προβαθμιώτεροι] *dignitate excellentiores.* Hic enim vocula βαθμὸς *dignitatem* ſignificat.

69. καὶ τοῖς ἀπείρῳ] jam diu ante Manetem fuere in Eccleſia, qui ab Euchariſtia abhorrerent S. Ignatius in Epiſt. ad Smyrnæos: Εὐχαριστίας καὶ προσευχῆς ἀπέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ: *Ab Euchariſtia & precibus abſtinent, quia concedere ac fateri nolunt, Euchariſtiam carnem eſſe Servatoris noſtri Jeſu Chriſti.*

T 70. Pa-

σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ κοινωνίαν· ἀποδέχεσθαι δὲ ταύτην σχηματιζομένοις, καὶ νοοῦσιν ἀντὶ ταύτης τὰ ῥήματα τῆς Χριστοῦ διδασκαλίας, ὧν φασὶ μεταδιδοὺς τοῖς ἀποστόλοις ἔλεγεν, λάβετε, φάγετε, καὶ πίετε· καὶ μυσαττομένοις μὲν τὸ βάπτισμα, ὑποκρινομένοις δὲ τοῦτο περὶ πολλοῦ τίθεσθαι, καὶ νοοῦσιν ἀντ' αὐτοῦ τὸν Χριστὸν τὸν λέγοντα, φασὶ, ὅτι ἐγώ εἰμι τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν, καὶ τοῖς ἐκτρεπομένοις μὲν τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, τιμᾶν δὲ λέγουσι ταύτην. καὶ νοοῦσιν ἀντ' αὐτῆς πάντα ἴδια συνέδρια, καὶ συνακτήρια. καὶ Ἰωάννῃ τῷ ἀδελφῷ Παύλου, τοῦ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἀρχηγοῦ.

Ἀνάθεμα τοίνυν πᾶσι τοῖς εἰρημένοις, καὶ τοῖς τὰ ὅμοια φρονοῦσι, καὶ ἀποβαλλομένοις μὲν τὰς ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν, οὓς αὐτοὶ καλοῦσιν [70] Ῥωμαίους. καὶ ὑβρίζουσι μὲν τὴν ἁγίαν θεοτόκον Μαρίαν, καὶ τὸν τίμιον σταυρὸν, [71] καὶ τὰς ἱερὰς εἰκόνας, καὶ τὸ σωτήριον βάπτισμα. καὶ ἀποστρεφομένοις μὲν τὴν τῶν θείων μυστηρίων μετάληψιν, [72] ὀμφαλοῖς δὲ βρεφῶν κεκαυμένοις εἰς κάθαρσιν, μᾶλλον δὲ μολυσμὸν, ψυχῶν κεχρημένοις, καὶ τὰ ἴδια βρώματα τούτοις καταμιαίνουσιν.

Ἀνάθεμα τοῖς τῇ βρώσει τῶν θηρίων [73] τῶν θνησιμαίων μολυνομένοις. καὶ τοῖς πᾶσαν μὲν ἐκτρεπομένοις [74] Χριστιανικὴν νηστείαν, κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τῆς δοκούσης αὐτοῖς τεσσαρακοστῆς [75] τυροῦ τε καὶ γάλακτος ἐμφορουμένοις.

Ἀνάθεμα [76] τοῖς ἀρνουμένοις, ἢ νοθεύουσι τὰ τέσσαρα τοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλια, καὶ [77] τὰς τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου ἐπιστολάς. καὶ ἀντὶ μὲν τοῦ δημιουργοῦ τῶν ἁπάντων θεοῦ σεβομένοις τὸν λεγόμενον ἄρχοντα τοῦ κόσμου τούτου. ἀντὶ δὲ τοῦ ἀποστόλου Παύλου τὸν τῆς Καλλινίκης υἱὸν Παῦλον τιμῶσι, καὶ τοὺς μὲν τέσσαρας αὐτοῦ μαθητὰς εἰς τύπον τῶν τεσσάρων

70. Ῥωμαίους] uti etiam nunc Catholici *Romani* a Reformatis ac Lutheranis appellantur, quo & ipſi ſe Catholicos oſtendant, ſed *Apoſtolicos*.

71. Καὶ τὰς ἱερὰς εἰκόνας] quas & Armenii repudiarunt. Iſaacus Catholicus Invectiva ſecunda in Armenios, hæreſi 19: ὅτι τὰς σεπτὰς καὶ ἁγίας εἰκόνας τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς θεοτόκου, καὶ τῶν ἁγίων οὐ προσκυνοῦσι: & mox. καὶ σταυρὸν οὐ προσκυνοῦσιν: *Venerabiles & ſanctas imagines Chriſti & Deiparæ, ac ſanctorum non adorant; uti nec Crucem.* Unde & ab eodem Manichæis comparantur.

72 ὀμφαλοῖς] exſiccatos ſcilicet, vel combuſtos in pulverem infantium umbilicos cibis inſpergebant. Dii boni! quid ſuperſtitio non ſuggerit?

73. τῶν θνησιμαίων] quod in veteri lege prohibitum, & a Chriſtianis obſervatum.

74. Χριστιανικὴν νηστείαν] ſicut illud quadrageſimæ apud Catholicos obſervabatur. Nam ſuum quoque Manichæi habebant quadrageſimale jejunium; at in illo nec lacte, nec caſeo abſtinebant, ut Græci ſolent etiamnunc. At in veteri eccleſia a vino tantum & carne abſtinebatur; uti Tertullianus tradidit de Cultu feminarum, c. IX; & Iſidorus lib. VI Originum, cap. XIX. Ceterum jejuniis vacare ſolitos Manichæos vel hinc liquet, quod virgines illæ, viduæ ſæpe ante quam nuptæ, apud

D. Hie-

pro ea verba inſtitutionis Chriſti mente agitant, quæ cum Apoſtolis communicans dixit, *Accipite, edite, & bibite.* Quique Baptiſmum aſpernantes, maximi ſe illum facere præ ſe ferunt, & interim pro eo Chriſtum dicentem animo agitant, *Ego ſum aqua viva.* Item, qui Catholicam Eccleſiam averſati, honorare ſe illam jactant, proque ea propria intelligunt conventicula, & conſeſſus; ut & Joanni, Pauli ſectæ ipſorum Anteſignani fratri.

Anathema itaque omnibus hiſce, quos diximus; quique ſimili in ſententia ſunt, eccleſiaſque Chriſtianorum rejiciunt ac damnant, quos ipſi *Romanos* vocant: quique beatam virginem Deiparam Mariam, & venerandam crucem, ſacraſque imagines, ac ſalutare baptiſmi ſacramentum contumelioſe ſpernunt: item, qui divinorum myſteriorum participationem aſpernati combuſtis infantium umbilicis ad purgationem, ſeu potius pollutionem, utuntur animarum, ipſoſque etiam cibos ſuos iis conſpurcant.

Anathema iis, qui ſe ferarum edendis morticinis inquinant: quique omni damnato Chriſtiano jejunio tempore illius, quæ ab ipſis obſervatur, quadrageſimæ caſeo ſemet & lacte implent.

Anathema iis, qui quatuor Chriſti Euangelia rejiciunt, aut adulterant, nec non Sancti Pauli Apoſtoli epiſtolas, & pro rerum omnium opifice Deo Principem, ut eum appellant, hujus mundi colunt: proque Apoſtolo Paulo Paulum Callinices filium venerantur, quatuorque ejus diſcipulos ad inſtar quatuor Euangeliorum

D. Hieronymum ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis, feſtive lepideque viventes, vinoque ſe inpurgitantes, ſi quam viderent pallentem atque triſtem, *miſeram, & Manichæam*, vocarent. Idem ad Lucinum: *de Sabbatho, quod quæris, utrum jejunandum ſit.* &c: *utinam omni tempore jejunare poſſimus: quod in Actis Apoſtolicis diebus Pentecoſtes, & die Dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes feciſſe legimus. Nec tamen Manichææ hæreſeos accuſandi ſunt, cum carnalis cibus præferri non debuerit ſpiritali*, Manichæi enim *die Dominico jejunabant*, ut D. Auguſtinus teſtatur epiſt. LXXIV, contra Eccleſiæ Catholicæ morem & inſtituta. vide Canonem Eccleſ. univerſ. LXXVII, Hieron. adverſus Luciferianos, & Lucinum; ubi multa egregia: Nicephorum Calliſt. l. IX. c. XVI. Quare Euſtathius Sebaſtienſis Epiſcopus exauctoratus fuit, quod, ut Dominicis diebus jejunaretur, ſtata jejunia averſatus, conſtituiſſet, conjugiumque & carnem prohibuiſſet; idem Nicephorus Call. l. IX. Hiſt. Eccl. c. XLV.

75. *τυροῦ τε καὶ γάλακτος*] Ita & Armenii *τρώγουσι τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν, σάββατον, καὶ κυριακὴν τυρόν*: *veſcuntur caſeo in quadrageſima, Sabbatho, & Dominica*, ut eſt apud Iſaacum Catholicum, ut ſupra.

76. *τοῖς ἀρνουμένοις*] Marcion Lucæ Euangelium rejiciebat, omniaque de Chriſti generatione, quem a Deo Patre, qui eſſet ſuper mundi fabricatorem Deum, in hominis forma manifeſtatum legem, omniaque illius Dei, qui mundum creaſſet, diſſolviſſe nugabatur. Ebionæi vero ſolo Matthæi Euangelio utebantur, Paulum ut Apoſtatam rejicientes, ritusque Judaicos obſervantes. Irenæus lib. I, cap. XXVI, & XXIX.

77. *τοῦ ἁγίου Παύλου*] ab Helceſaitis hanc opinionem mutuatus eſt hæreſiarcha, qui Pauli ſcripta rejiciebant, & abnegare Chriſtum rem eſſe indifferentem cenſebant; ut eſt apud Origenem in Pſalmum LXXXII. Sed & a Marcione hoc accepiſſe videri poſſit. Ille enim multa ex epiſtolis Pauli amputavit, omnibus ſe veraciorem eſſe dicens, multoque Apoſtolis fide digniorem. Supra e Græco cod. male *Καλλινίκου* pro *τῆς Καλλινίκης* expreſſum.

σπόρον εὐαγγέλιον δεχομένοις, τοῖς δὲ ἑτέροις τρισὶ τὸ τῆς τριάδος ἐπιφημίζουσιν ὄνομα.

Α'νάθεμα [78] τοῖς συμφθειρομένοις ἀδελφῇ, ἢ πενθερᾷ, καὶ νύμφῃ, καὶ τοῖς [79] κατὰ τὴν πρώτην Ἰανουαρίου μηνὸς εἰς ἑορτὴν δῆθεν ἀθροιζομένοις. [80] μετὰ δὲ τὴν ἑσπερινὴν μέθην ἀποσβεννύουσι τὰ φῶτα, σαρκικῶς τε ἀλλήλοις ἐνασελγαίνουσι, καὶ μηδεμιᾶς ὅλον φειδομένοις φύσεως, ἢ συγγενείας, ἢ ἡλικίας.

Α'νάθεμα [81] τοῖς μηδέποτε δι' ὅρκου ἀληθεύουσιν, ἀλλ' ἐξεπίτηδες ἀεὶ ψευδομένοις, καὶ ἐπιορκοῦσι, κατὰ τὴν τοῦ τρισκαταράτου Μάνεντος διδασκαλίαν, οὕτω λέγοντος, [82] Οὐκ εἰμὶ ἄσπλαγχνος, ὥσπερ ὁ Χριστός. οὐ γὰρ ἀρνήσομαι τὸν ἀρνησάμενόν με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. ἀλλὰ καὶ τὸν ψευδόμενον διὰ τὴν οἰκίας σωτηρίαν, καὶ τὸν διὰ φόβον ἀρνούμενον τὴν ἰδίαν πίστιν, μετὰ χαρᾶς προσδέξομαι.

Ε'ὰν δὲ μὴ ἐξ ὅλης ψυχῆς ταῦτα φρονῶ, καὶ λέγω, ἐγὼ ὁ δεῖνα, ἀλλὰ μεθ' ὑποκρίσεως ἐποίησα τοὺς προκειμένους ἀναθεματισμούς, ἀνάθεμά μοι εἴη καὶ κατάθεμα, ἔν τε τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ καταχριθείη, καὶ ἀπόλοιτο ἡ ψυχή μου, καὶ [83] καταρωθείη.

Ταῦτα τοῦ προσερχομένου λέγοντος ἐπ' ἐκκλησίας, ἢ δι' ἑαυτοῦ, ἢ δι' ἑρμηνέως, ἐὰν αὐτὸς μὴ γραϊκίζῃ, ἢ [84] διὰ τοῦ ἀναδόχου αὐτοῦ, εἰ παιδίον ἐστί, πάλιν ὁ ἱερεὺς ἐπιφέρει τὰ ἀκόλουθα, καὶ φη-

σὶ

78. Α'νάθ. τοῖς συμφθειρομένοις] Παιδογόνους μίξεις appellat Suidas, & ἀῤῥητοποιούς.

79. κατὰ τὴν πρώτην] e ritu gentium hoc, quod hunc diem ſibi, tanquam auſpicium anni, ſacris impendendum exſtimarent.

80. μετὰ δὲ τὴν ἑσπερινὴν μέθην] Prodicus, Adamitarum ſectæ conditor, uxores communes eſſe ſanxit, ut Theodoretus e Clem. Alexandrino refert: Οὐ δὴ χάριν οὐκ ἐν τοῖς κοινοῖς δείπνοις μόνον τὸ λυχναῖον φῶς ἐκ ποδῶν ποιούμενοι, ᾗ ἂν ἕκαστος ἐπέτυχε, συνεμίγνυντο. v. Minut. Felicem in Octavio.

Eadem & *Gnoſtici* factitarunt. Euſebius, l. IX Hiſt. Eccl. c. v. a Maximo quodam duce Damaſci quaſdam e foro mulierculas abreptas, & tormentis adactas ſcribit, ut faterentur hujuſmodi ſe flagitiorum conſcias eſſe, multaque in ædibus etiam ſacris obſcœna ab iiſdem perpetrari, quo religio Chriſtiana infamaretur; actis ac monumentis hiſce publice in ſingulis urbibus juſſu Imperatoris propoſitis. Idem lib. v, c. I, epiſtolam Eccleſiar. Lugdunenſis & Viennenſis profert, ubi multo adhuc ſceleſtiora Chriſtianis objecta referuntur. Verba ejus epiſtolæ ſunt: συνελαμβάνοντο δὲ καὶ ἐθνικοί τινες οἰκέται τῶν ἡμετέρων, ἐπεὶ δημοσίᾳ ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν ἀναζητεῖσθαι πάντας ἡμᾶς. οἳ καὶ κατ' ἐνέδραν τοῦ σατανᾶ, φοβηθέντες τὰς βασάνους, ἃς τοὺς ἁγίους ἔβλεπον πάσχοντας, τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τοῦτο παρορμώντων αὐτούς, κατεψεύσαντο ἡμῶν θυέστεια δεῖπνα, καὶ οἰδιποδείους μίξεις, καὶ ὅσα μήτε λαλεῖν, μήτε νοεῖν θέμις ἡμῖν, ἀλλὰ μηδὲ πιστεύειν, εἴτι τοιοῦτο πώποτε παρ' ἀνθρώποις ἐγένετο. τούτων δὲ φημισθέντων πάντες ἀπεθηριώθησαν εἰς ἡμᾶς. ὥστε καί τινες, οἱ τὸ πρότερον δι' οἰκειότητα ἐμετρίαζον, τότε μεγάλως ἐχαλέπαινον, καὶ διεπρίοντο καθ' ἡμῶν: id eſt, vertente Valeſio: *Capti ſunt etiam quidam noſtrorum ſervi, qui gentiles erant, quandoquidem Preſes nos omnes requiri palam juſſerat. Qui Dæmonis impulſu, cum tormenta reformidarent, quæ ſanctos perpeti videbant, militibus ad hoc ipſum eos incitantibus Thyeſteas quaſdam coenas, & inceſtos Oedipi concubitus, & alia, quæ nec proloqui nobis, nec cogitare fas eſt, ac ne credere quidem ſuſtinemus apud homines unquam geſta fuiſſe, ad-*

verſus

rum recipiunt: tribus autem reliquis SS. Trinitatis nomen imponunt, & adaptant.

Anathema iis, qui ſorori miſcentur, aut ſocrui, nuruive: quique a. d. Kalendas Januarias per feſti diei cauſam in unum convenientes poſt veſpertinam compotationem lumina exſtinguunt, promiſcuoque ſtupri commercio in illicitam venerem ruentes nec naturæ leges reverentur, nec cognationis, ætatiſve intuitu moventur.

Anathema iis, quibus nulla jurisjurandi religio eſt; verum qui ſtudio ſemper, ac dedita opera mentiuntur, & quotidiana perjuria committunt, Manetis illius ſui exſecrandiſſimi doctrinæ obſequentes, cujus hæc ſunt verba: *Non ego adeo immiſericors & durus ſum, ac Chriſtus. Non enim abnegabo, qui me coram hominibus abnegaverit; ſed & pro ſalute domus ſuæ mentientem, fidemque ſuam per metum abnegantem, blande bilareque recipiam.*

Niſi vero ego talis toto hæc animo ſentio, dicoque, verum ſi ſimulate prædictas haſce exſecrationes facio, exſecrabilis ipſe & devotus ſim, cum in hoc, tum in futuro ſeculo; condemneturque, & pereat anima mea; diaboloque addicatur.

Ubi hæc vel ipſe dixerit, qui ad eccleſiam acceſſerit, vel per interpretem, ſi Græce loqui neſcierit: vel per ſuſceptorem ſuum, ſi puer fuerit, ſacerdos iterum convenientia adhibet: aitque Diaconus, *Ore-*

mus

verſus nos ementiti ſunt. His in vulgus ſparſis omnes continuo in nos adeo efferati ſunt, ut ſi qui forte cognationis cauſa moderati erga nos hactenus exſtitiſſent, tunc acerbiſſima indignatione commoti adverſus noſtros infremerent. Clemens Alex. Strom. III, de Carpocratianis: Τούτους φασὶ, καί τινας ἄλλους ζηλωτὰς τῶν ὁμοίων κακῶν, εἰς τὰ δεῖπνα ἀθροιζομένους, ἄνδρας ὁμοῦ καὶ γυναῖκας, μετὰ δὴ τὸ κορεσθῆναι ἐν πλησμονῇ (locus hic affectus videtur; cui ita medeor: ἤδη κατερείζοντας, καὶ τὸ καταισχῦνον, &c.) τῇ κυπρέισει φασὶ, τὸ καταισχῦνον αὐτῶν τὴν πορνικὴν ταύτην δικαιοσύνην ἐκ ποδῶν ποιησαμένους φῶς τῇ τοῦ λύχνου περιτροπῇ, μίγνυσθαι, ὅπως ἐθέλοιεν, αἷς βούλοιντο, &c. Quæ quidem eorum peſſima vivendi ratio ab Epiphane Carpocratis filio libro de Juſtitia Dei ita defendebatur, ut illam in æquali rerum communione dicere conſiſteret; quam leges poſtea contra naturæ præſcripta ſuſtuliſſent. Sic Cœlum, Solem, aquam, &c. omnibus eſſe communia. Et ad hoc exemplum coëundi promiſcue libertatem & propenſionem hominibus & animantibus ceteris a natura ingenitam eſſe; quam nulla lex, aut conſuetudo exſtinguere, aut delere queat. Θεοῦ χάριτι δόγμα. Ita ille apud Clementem Alexandr. vide quæ nos ſupra e Pſello de Dæmonibus fuſe hanc Maſſalianorum impietatem exponente excerpſimus; item quæ Juſtinus Martyr habet Apologia II, p. 54: ubi tota ejuſdem ſceleris, & plena deſcriptio.

81. τοῖς μηδέποτε δι' ὅρκου] hoc ab Elceſaïtis Manes accepit: qui fidem in perſecutione negandam docebant, at corde ſervandam.

Ibid. τοῖς μηδέποτε] Scilicet, ubi de religione interrogarentur. Abnegare namque Chriſtum licitum ajebat primus auctor Simon Magus. vid. Origenem lib. VI adv. Celſum.

82. Οὐκ εἰμὶ ἄσπλαγχνος] vide de ſimili Simonis Magi indulgentia Origenem lib. eodem adv. Celſum.

83. καταραθείη] a καταρᾶσθαι, *devoveo, exſecror.* non diſpliciuiſſet, καταταρταρωθείη.

84. διὰ τοῦ ἀναδόχου] *Suſceptor* idem & *ſponſor.* Tertullianus de Baptiſmo cap XVIII, Dionyſius Areopagita c. VIII de Hierarchia Eccleſ. Sermo Catholicus in notis ad Bedæ Hiſtoriam Eccleſiaſticam Anglor, l. III, c. VII. Ceterum argumentum hoc de *Suſceptoribus* abſolutiſſime tractavit Collega quondam meus Teutoburgi Cliviorum, nunc Syndicus Bremenſis, V. Cl. Philippus van Maeſtricht; ad quem plura volentem remitto.

σὶ ὁ διάκονος. Τοῦ κυρίου δεώμ. ὁ λαὸς, Κύριε ἐλέησον. καὶ κλίνοντος τὴν κεφαλὴν τοῦ ἐπιστρέφοντος, ὁ ἱερεὺς ποιεῖ τὴν εὐχὴν ταύτην.

Ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ μεγαλώνυμος, [85] ὁ τὸ πρὶν σκότος φωτίσας τῷ λόγῳ [86] τοῦ στόματος αὐτοῦ, ὁ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν ἐξαποστείλας εἰς τὸν κόσμον, ἱλασμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῖς χερουβὶμ, καὶ δοξαζόμενος ὑπὸ τῶν σεραφίμ. ᾧ πᾶν γόνυ κάμπτει ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται. βασιλεῦ τῶν αἰώνων. ὁ ἐπισυνάξας τὸ πεπλανημένον πρόβατον εἰς τὴν ποίμνην τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἐπιστρέφων ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ, αὐτὸς ἐπίστρεψον καὶ τοῦτον τὸν δοῦλόν σου ἀπὸ τοῦ σκότους τοῦ ἀντικειμένου πρὸς τὸ φῶς τὸ αἰώνιον. ἀνακάλεσαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς πλάνης τοῦ διαβόλου εἰς τὴν θεογνωσίαν τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ. ἑδραίωσον αὐτὸν ἐν τῇ πίστει. κράτυνον αὐτοῦ τὴν καρδίαν ἐν πίστει, ἐν ἀγάπῃ τοῦ Χριστοῦ σου. μερίδα καὶ κλῆρον αὐτῷ χάρισαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ σου. σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν. ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν. τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν, ἵνα πάντοτε, καὶ διὰ πάντων εἴης εὐλογημένος ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ ὁ μονογενής σου υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Μετὰ δὲ τὸ ἀμὴν [87] σφραγίζων αὐτὸν [88] ἀπολύει, καὶ λοιπὸν ὁ ἀναθεματίσας γίνεται Χριστιανὸς, εἴτουν λογίζεται ὡς Χριστιανὸς ἀβάπτιστος, οἷα τυχὸν εἰσι [89] τὰ τῶν Χριστιανῶν παιδία τὰ μέλλοντα βαπτίζεσθαι. τῇ δὲ ἑξῆς ἡμέρᾳ συναριθμεῖται [90] τοῖς κατηχουμένοις. ἀποδυόμενον γὰρ αὐτὸν καὶ ἀπολυόμενον εἰσάγει ὁ ἱερεὺς, καὶ ἵστησιν [91] ἔνδοθεν τῶν τοῦ ναοῦ πυλῶν [92] κατ' ἀνατολὰς, καὶ [93] ἐμ-

85. ὁ τὸ πρὶν σκότος φωτίσας] reſpiciunt hæc cognomen baptiſmi, qui φωτισμὸς & φώτισμα dictus, ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων, ut eſt apud Juſtinum Martyrem Apol. II. vid & Dionyſ. Areopagitam in Eccleſiaſtica Hierarchia cap. III, & Gregorium Nazianz. oratione XL. Confer & cap. IV Matth. comm. 16, unde hujus phraſeos origo. Sic & φωτιστήριον apud ſacros ſcriptores baptiſterium Græce dictum.

86. τοῦ στόματος αὐτοῦ] legendum hic initio putabam, τοῦ στόματός σου, ut & in ſeqq. quia vocativus ὦ βασιλεῦ, &c. ſequebatur. Sed nil mutandum.

87. σφραγίζων αὐτὸν] dupliciter poteſt accipi, & de ſigno crucis, & de inunctione. Rectius tamen de ſignaculo crucis, quo epiſcopus utebatur poſt impoſitionem manus in caput baptizandi.

88. ἀπολύει] jam in eo eram, ut reponendum dicerem, ἀπολούει. Sed non opus eſt. Hinc dictum hoc Sabbathum τῆς ἀπολυσίμου: quia tum ſacerdos ſolvebat cingulum neophyti, eumque candida veſte exuebat. Fiebat hoc ipſa nocte Reſurrectionis, ſeu Paſchatis.

89. τὰ τῶν Χριστιανῶν παιδία] infantes eſſe baptizandos nunc ſtatuit Eccleſia: olim non ita. Gregorius Nazianz. Orat. XI baptizandos ſuadet, εἴπερ τις ἐπείγοι κίνδυνος, *ſi quid urgeat periculum*. Κρεῖσσον γὰρ ἀναισθήτως

mus dominum, &c. Populus autem: *Kyrie eleiſon*, (*Domine miſerere*) flectenteque caput, qui ad eccleſiam convertitur, ſacerdos haſce preces dicit:

O Deus vere magnus, magnique nominis, qui eas, quæ fuerunt olim, tenebras oris tui verbo illuminaſti; qui unicum filium in mundum miſiſti, ut peccatorum noſtrorum expiator eſſet; qui ſuper Cherubim ſedes, & cujus Seraphim laudes canunt, cui genu omne flectitur eorum, qui in cœlo, qui in terra, & qui ſub terra ſunt; quem omnis lingua confitetur: o rex omnium ſeculorum, qui aberrantem oviculam ad Servatoris noſtri Jeſu Chriſti gregem compellis, qui peccatorem e via erroris ipſius convertis ac reducis: Quæſumus te, hunc quoque ſervum tuum ab adverſarii tenebris ad æternam lucem tuam convertere digneris. Revoca illum ab errore diaboli ad divinam unigeniti filii tui agnitionem, confirma eum in fide; cor ejus per fidem in dilectione filii tui corrobora, & indulge ei partem ſortemque in eccleſia tua. Tu enim Deus noſter es: & præter te alium nullum novimus. Tuum nomen invocamus, ut perfectum, ut in omnibus benedictus ſis tu Deus noſter, & filius tuus unigenitus, & Spiritus Sanctus, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Poſtquam *Amen* ſucclamatum eſt, ſignatum illum diſcingit: fitque is, qui exſecrationes illas dixit, Chriſtianus: ſive inter Chriſtianos non baptizatos refertur, cujuſmodi Chriſtianorum liberi habentur, qui necdum loti ſunt. Sequenti vero die inter Catechumenos numeratur. Detractis enim veſtibus ablutum inducit eum ſacerdos, ſtatuitque

τυς ἁγιασθῆναι, ἢ ἀπελθεῖν ἀσφράγιστα καὶ ἀτέλεστα: *Præſtat enim ſanctificari eos abſque ſenſu, quam non ſignatos atque non initiatos ex hac vita diſcedere.* Si quidem ſine baptiſmo morientes nec cœleſti gloria donantur, nec ſuppliciis a Deo afficiuntur, ut idem ibidem ait Gregorius. Quare nunc & ab obſtetricibus ſæpe apud Catholicos baptizantur: quamquam olim id feminis illicitum. Tertullian. de Baptiſmo, c. XVII. Cogente vero neceſſitate Laïcis etiam baptizare licitum fuit. Tertullian. de Caſtitate, c VII. & id ipſum defectu aquæ a Laïcis arena factum in Judæo in Syrtibus Africæ animam agente, & baptizari cupiente. Cedrenus refert p. 206.

90. τοῖς κατηχουμένοις] qui duplicis generis. Scholiaſtes Synodi Cæſarienſis: δύο τῶν κατηχουμένων ἦσαν τάξεις, ἡ μὲν τὸ γόνυ κλινόντων, ἡ τελειοτέρα· ἡ δὲ τῶν ἀκροωμένων, ἡ ἀτελεστέρα: *Duo erant Catechumenorum ordines:* genu flectentium, *qui perfectior*, & audientium, *qui inferior.*

91. ἔνδοθεν τῶν τοῦ ναοῦ πυλῶν] id eſt, in veſtibulo templi, non in ipſo templi adyto. Imitati ſunt Chriſtiani in his ritibus gentiles Cereris ſacra Eleuſinia tractantes, ubi, qui myſtæ minoribus ſacris ad ἐποπτείας præparabantur, in veſtibulo conſiſtebant, quum majoribus initiati intra adytum reciperentur.

92. κατ' ἀνατολὰς] de more veteri: quia Chriſtus Sol juſtitiæ, qui tunc ipſis quaſi oriebatur. Vide plura apud Clementem Alex. l. VIII Strom p. 724: qui hanc rationem adfert, quod oriens natalis diei imago ſit, & lucis pellentis tenebras ignoranti. Baſilius Magnus l. de Spiritu S. c. XXVII. traditionem eſſe ait Apoſtolicam, ut precantes ad orientem ſe converterent, profertque aliam rationem, ὅτι τὴν ἀρχαίαν ἐπιζητοῦμεν πατρίδα τὸν παράδεισον, ὃν ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς ἐν Ἐδὲμ, κατ' ἀνατολάς: *Quia antiquam rurſus quærimus patriam, Paradiſum, quem Deus in Edem plantavit verſus orientem.* vide & Tertullianum in Apologet. c. XVI. Ea de cauſſa Chriſtiani Solem adorare crediti. Nonnulla & ſupra n. 8 attulimus. Judæi vero ſemper verſus illam mundi plagam ſe obvertere

93 ἐμφυσήσας αὐτῷ 94 τρὶς, 95 σφραγίζει τὸ μέτωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ στόμα, καὶ τὸ στῆθος, καὶ 96 ἐπιτιθεὶς τὴν χεῖρα τῇ τούτου κεφαλῇ, λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην.

Ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου, κύριε ὁ θεὸς τῆς ἀληθείας, καὶ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιτίθημι τὴν χεῖρά μου ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, τὸν καταξιωθέντα καταφυγεῖν ἐπὶ τὸ ἅγιον ὄνομά σου, καὶ ὑπὸ τῆς σκέπης τῶν πτερύγων σου διαφυλαχθῆναι. ἀπόστησον ἀπ' αὐτοῦ τὴν παλαιὰν ἐκείνην πλάνην, καὶ ἔμπλησον αὐτὸν τῆς σῆς πίστεως, καὶ ἐλπίδος, καὶ ἀγάπης, ἵνα γνῷ, ὅτι σὺ εἶ μόνος θεὸς ἀληθινὸς, καὶ ὁ μονογενής σου υἱὸς ὁ κύριος ἡμῶν ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. καὶ δὸς αὐτῷ ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς σου πορευ-

vertere ſoliti, in qua templum eſſet ſitum: in monte vero templi ad Sancta Sanctorum. Qua de re plura Seldenus ad Eutychii Origines Alexandrinas p. 41. Ceterum in renuntiatione, quæ ſiebat a Baptiſmi candidato Diabolo & Angelis ejus, *ad occidentem* ſe convertebat, quæ cœli plaga Diabolo adverſario Dei maxime convenire videbatur, quippe contraria Orientali, ut infra prolixius exponemus.

93. Ἐμφυσήσας] ita repoſui pro ἐμφύσας. *Inſufflationis* ritus petitus ab exemplo Chriſti, Joann. xx, 22. Pagani vero, & peſſimi hæreticorum, ſi reſipiſcerent, primo die Chriſtiani deſignabantur, altero Catechumeni, tertio adjurabantur: ter ſimul in faciem eorum aureſque inſufflabatur. At non ita ſtatim baptizabantur. Vide Canonem CLXX Eccleſ. Univerſ. Quemadmodum autem *inſufflando* S. Sanctus cum baptizandis communicabatur; ita contra *exſufflando* Dæmon prius expellebatur. D. Auguſtin. c. XXXI Dogm Eccleſiaſticor. & lib. v. Hyponoſt. extremo; Tertullianus de Spectaculis; Iſidorus lib. v, c. XIX. Orig. & hæc utraque erat Sacerdotum. Contra baptizandus Diabolo inſufflabat in renuntiatione, ut infra videbimus.

94. τρὶς] propter SS. Trinitatem. Alias per ſe in his veterum ritibus ternarius ſacer eſt, & ſollemnis; quia primus numerus eſt perfectus, habens initium, medium, & finem. Plutarch. Sympoſ. lib. IX, probl. III: Theon. Smyrnæus cap. XLII.

95. σφραγίζει τὸ μέτωπον] Triplex hic ſignaculum *frontis*, *oris*, & *pectoris*. Habuimus ſuperius tria ſignacula Manichæorum, &, quid ea ſibi voluerint, oſtendimus. Non inepte igitur faciam, ſi & horum ſymbolicam dederim interpretationem. *Frons* mentis animi ſymbolum eſt, quia mens in cerebro ſedem habere creditur. Ideoque & *Genio* ſacra. Servius ad Eclog. VI Virgil. Q. Cicero ad Fratrem de petit. Conſulatus: *Sed etiam vultu atque fronte aditus ad te pateant, qua eſt animi janua: quæ ſi ſignificans voluntatem abditam eſſe, ac retruſam, parvi refert patere oſtium.* Eapropter olim in luſtratione, quæ animi ſignificabat purgationem, *frons infantium ſputo pulveri miſto ſignata*; vide Perſium Sat. II, & notas ad eum Caſauboni, p. 201. Eadem de cauſſa *Deum venerantes*, ait Servius ad Virg. IV Æn. *frontem tangimus*: ut animo toto id fieri ſignificetur. Quin & Thraces, quod in animi magnitudine vera conſiſtat nobilitas, *frontem notis inurebant*, in ſignum nobilitatis, apud Herodot. lib. II, & Ciceronem lib. II Officior. Artemidorus hinc illuſtrandus l. I. c. IX, ubi ait: στίζονται παρὰ Θρᾳξὶν οἱ εὐγενεῖς παῖδες: *notis ſignantur apud Thracas nobiles pueri.* ſcilicet in fronte. Contra, *ſtigmate in fronte notati* ſervi fugitivi, qui ea de cauſſa per jocum *literati* appellati: & ingratus ille hoſpes a Philippo Macedone, nec non in contumeliam Samii ab Athenienſibus, & hi rurſum a Samiis, & Syracuſanis capti: non tam, ut eo conſpectiores eſſent notæ (nam ita & genis eas imprimere potuiſſent,) quam ut animus eorum malus indicaretur. Hinc impudentes *frontis ferreæ* eſſe dicti. Rurſus *frontem cognatorum obviorum* veteres *oſculari* ſoliti, teſte Plutarcho in Problem. quaſi ipſum animum hoc pacto ſuaviarentur. Inde

tuitque intra templi portas ad orientem verſus, terque ei inſufflans frontem ejus, & os, & pectus ſignat. Manuque capiti ejus impoſita haſce preces dicit:

In nomine tuo, Domine Deus veritatis, & filii tui unigeniti, & Spiritus Sancti manum meam huic ſervo tuo impono, quem dignum cenſuiſti, ut ad ſanctum nomen tuum confugeret, & ſub umbra alarum tuarum cuſtodiretur. Remove ab eo veterem illum errorem, eumque fide tua & ſpe, ac dilectione imple, ut te verum eſſe Deum cognoſcat, unicumque filium tuum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & Spiritum Sanctum. Da, ut in omnibus tuis ambules preceptis, &, que tibi placita ſunt, cuſtodiat

in

de & *frontem in luctu feriendi mos* ortus, Dionyſ. Halicarnaſſ. lib XI, pag. 717; Cicero ad Att. l. 1, epiſt. 1. Cedrenus pag. 262. Eodem referas licet *frontem nubilam*, vel *ſerenam*; mentis hoc vel illo modo affectæ ſpeculum. Unde Plinius l. 11, c 33, *ſeveritatis* illam & *clementiæ indicem* vocat. Signaculum igitur *frontis* hoc vult, compeſcendam mentis quaſi luxuriem; quo reſpicit illud Apoſtoli, *Noli altum ſapere*.

Oris ſignaculum linguæ continentiam ſignificare vulgatius eſt, quam ut pluribus id probem. Adeatur Illuſtris Viri Gisberti Cuperi Harpocrates. Philoſtratus lib. II Imaginum Echo Dodonæ effictam tradit æream, *manu ori appoſita*. Ut autem luſtratam frontem oſtendi, ita & *linguam* in Mithriacis Sacris *melle* ab omni peccato *purgari* ſolitam docet Porphyrius de Antro Muſar. Eandem a gentilibus *in Deorum ſtatuis expolitam* Baruch in Epiſtola Hieremiæ tradit.

In *Fortuitis* meis pag. 219, ex Anthologia Græca de Nemeſi adductum Diſtichon ita verti:

His frenis, atque hac norma Rhamnuſia, factis
Sit modus, & linguæ ſint tibi frena, monet.

Pectoris ſignaculum moderamen affectuum denotat, qui vel ab ira, vel a cupiditate proficiſcuntur. Animæ duæ partes ſunt, *Ratio* & *Affectus*, apud Plutarchum de morali virtute, Ciceronemque Tuſc. Qu. l. II, c. XXI: vel, ut alii non ſatis accurate, tres, *Ratio, ira, cupido*. Ratio vero, ſeu potius λόγος Græce, eſt duplex, ἐνδιάθετος ſive ἐνθυμηματικὸς, interna, quæ Latinis proprie *Ratio*; & προφορικὸς, ſive externa, quæ *Oratio*, ſeu *ſermo* dicitur. Donatus ad Terentii Adelph. a. 1. ſc. 1. Utrique veteres Mercurium præeſſe finxerunt, eique, qua rationem moderatur, in Sole ſedem tribuerunt; qua orationem, in Luna; quia illa viri præpollent; hac mulieres, garrulum genus, viros ſuperant, ut eſt apud Porphyrium citante Euſebio lib. III. Pr Eu. cap. III. Ergo inter affectus, qui in pectore, & mentem, qui in capite, os ſermoni dicatum medium eſt, utrique explicandæ animi parti inſerviens. Hoc igitur ſymbolo Chriſtiani caute de Deo loquendum, & arcana ſilentio tegenda, innuere volebant: nec vel animi errore, vel affectuum impetu abreptum quemquam debere labi. Multa in hanc ferme ſententiam Plutarchus habet de Iſide & Oſiride, p. 373, ed. Pariſ.

96. Ἐπιθεὶς τὴν χεῖρα] *Impoſitio manuum* in Eccleſia triplex eſt, *Benedictionis*, *Confirmationis*, & *Conſecrationis*. Manavit autem ex inſtitutione & imitatione Hebræorum: ut ex exemplis, quæ in S. S. paſſim obvia ſunt, abunde liquet. Apud eoſdem non ſolum Pontifices ad ſacram dignitatem, ſed & Presbyteri, ſeu Seniores ad poteſtatem judiciariam impoſitione manuum evehebantur, ita ut deinde digni, ſeu idonei haberentur, qui in ſynedria poſſent cooptari. Ab his ad gentiles tranſiit, & Chriſtianos: eratque inter alia ſignum manumiſſionis apud illos e ſervitute corporali, apud hos autem e ſervitute animæ, qua Diabolo erant addicti. Fuſe de hoc ritu Seldenus agit in notis ad Eutychii Origines Alexandrinas. Adiri quoque poſſit Tertullianus de Baptiſmo c. VIII, Iſidorus l. VI Orig. c. XIX, Juſtellus ad Concil. Afr. p 41, Balduinus ad Optatum Milevitan p. 92. Dionyſ. Areopagita cap. II Hier. Eccleſ. Sic & manuum impoſitione conferebatur pœnitentibus, non ſecus ac recens baptizatis, Spiritus Sanctus. D. Hieron. adv. Luciferianos; nec non D. Cyprianus de Lapſis. Juſtellus ad Can. Eccl. Univ. p. 142. Nicephorus Calliſt. l. VI, c. II. Et hæc dicebatur *Confirmatio*, ut illa prior *Conſecratio*.

πορευθῆναι, καὶ τὰ ἀρεστά σου φυλάξαι. ὅτι, ἐὰν ποιήσῃ αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς. Καὶ ἔγγραψον αὐτὸν ἐν βίβλῳ ζωῆς σου. καὶ ἕνωσον αὐτὸν τῇ ποίμνῃ τῆς κληρονομίας σου. καὶ δοξασθήτω τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου ἐπ' αὐτὸν, καὶ τοῦ ἀγαπητοῦ σου υἱοῦ, κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ ζωοποιοῦ σου Πνεύματος. καὶ ἔστωσαν οἱ ὀφθαλμοί σου πάντοτε ἀτενίζοντες εἰς αὐτὸν [97] ἐν ἐλέει διὰ παντός. καὶ τὰ ὦτά σου ἀκούειν τῆς φωνῆς τῆς δεήσεως αὐτοῦ. καὶ εὔφρανον αὐτὸν ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ ἐν παντὶ τῷ γένει αὐτοῦ, ἵνα ἐξομολογήσῃ σέ σοι προσκυνῶν, καὶ δοξάζων τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, καὶ μέγα, καὶ ὕψιστον. καὶ αἰνέσῃ σε διὰ παντὸς πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ. σὲ γὰρ ὑμνεῖ πᾶσα ἡ δύναμις οὐρανῶν.

Καὶ μετὰ τὸ ἀμὴν σφραγίζων αὐτὸν ἀπολύει, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν [98] ἐξορκίζεται. πάλιν γὰρ ἄγων τοῦτον [99] ὁ ἱερεὺς εἰς τὸν ναὸν, καὶ ἐμφυσήσας τρὶς εἰς τὸ πρόσωπον, καὶ τὰ ὦτα αὐτοῦ, ἐπιλέγει τὰς [100] τῶν ἐξορκισμῶν εὐχάς.

Εὐχαὶ ἀφορκισμῶν. Ἀφ. α.

[a] Ἐπιτιμᾷ σοι κύριος, διάβολε, ὁ παραγενόμενος εἰς τὸν κόσμον, καὶ κατασκηνώσας ἐν ἀνθρώποις, ἵνα τὴν σὴν καθέλῃ τυραννίδα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐξέληται, ὃς ἐπὶ ξύλου τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις ἐθριάμβευσεν, ἡλίου σκοτισθέντος, καὶ γῆς σαλευομένης, καὶ μνημάτων ἀνοιγομένων, καὶ σωμάτων ἁγίων ἀνισταμένων. ὃς ἔλυσε θανάτῳ τὸν θάνατον, καὶ κατήργησε τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, [b] τουτέστι, σὲ τὸν διάβολον. ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ θεοῦ τοῦ δείξαντος τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τάξαντος τοὺς χερουβὶμ, καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν [c] τὴν στρέφουσαν τοῦ φρουρεῖν αὐτό. ἐπιτιμήθητι, καὶ ἀναχώρησον. κατ' ἐκείνου γάρ σε ὁρκίζω τοῦ [d] περιπατήσαντος ὡς ἐπὶ ξηρᾶς ἐπὶ νῶτα θαλάσσης, καὶ ἐπιτιμήσαντος τῇ λαίλαπι τῶν ἀνέμων. οὗ τὸ βλέμμα ἐξερευνᾷ ἀβύσσους, καὶ ἡ ἀπειλὴ τήκει ὄρη. αὐτὸς γὰρ καὶ νῦν ἐπιτάσσει σοι δι' ἡμῶν. φοβήθητι, [e] ἔξελθε, καὶ ὑπαναχώρησον ἀπὸ τοῦ πλάσματος

97. ἐν ἐλέει] ita v. c. ſine dubio per errorem deſcribentis: repoſui, ἐν ἐλέει.

98 ἐξορκίζεται] Optatus Milevitanus lib. IV de Schiſmate Donatiſtarum: *Neminem fugit, quod omnis homo, qui naſcitur, quamvis de parentibus Chriſtianis naſcatur, ſine ſpiritu mundi eſſe non poſſit; quem neceſſe ſit ante ſalutare lavacrum ab homine excludi, & ſeparari. Hoc exorciſmus operatur.* S. Leo Papa epiſt. IV ad Epiſcopos Siculos: *Evidenter agnoſcitis, in baptizandis electis, qui ſecundum Apoſtolicam regulam & exorciſmis ſcrutandi, & jejuniis ſanctificandi, & frequentibus ſunt prædicationibus imbuendi, duo tantum tempora, &c.*

99. Ὁ

ac ſervet: ſiquidem omnis homo, qui ea fecerit, per ea ſervabitur. Inſcribe eum libro vitæ tuo, & aggrega ipſum gregi hereditatis tuæ: celebreturque nomen tuum ſuper ipſo, & dilecti filii tui, Domini noſtri Jeſu Chriſti, vivificique Spiritus tui. Oculi tui ſemper & perpetuum in ipſum intenti ſint in miſericordia. Aures tuæ vocem precationis ejus exaudiant: & lætifica eum in operibus manuum ejus, & in omni genere ejus, ut & adorans te confiteatur, & nomen tuum ſanctum, & magnum, & altiſſimum prædicet, teque ſemper omnibus diebus vitæ ſuæ laudet, & extollat. Te namque omnis cœlorum exercitus perpetuis laudum carminibus concelebrat.

Ubi *Amen* dictum, ſignatum ipſum abluit, & ſequenti die exorciſmo eum purgat. Iterum enim ipſum in templum ducens ſacerdos, ter in ejus faciem & aures inſufflat, & has exorciſmorum preces recitat:

Preces Exorciſmorum. Exorc. I.

Dominus te increpet, Diabole, qui in mundum venit, & inter homines tabernaculum ſuum poſuit, ut tyrannidem tuam exſtirpet, & hominum genus ab ea liberet: qui in cruce poteſtates ſibi adverſantes triumphavit, quum ſol obſcuraretur, & terra moveretur, & ſepulcra aperirentur, & ſanctorum corpora reſurgerent; qui vim mortis morte ipſam afficiens diſſolvit, & eum, qui mortis habebat poteſtatem, id eſt, te Diabolum, enervavit. Adjuro te per Deum, qui lignum vitæ oſtendit, quique Angelos Cherubim poſuit, & gladium flammeum, quem ad illius cuſtodiam ventilarent. Objurget te Deus, & hinc diſcede: per eum namque te adjuro, qui per dorſa maris, veluti per aridam obambulavit, qui ventorum turbines objurgavit: cujus oculus abyſſos penetrat & explorat, & cujus comminatio montes liquefacit.

99. ὁ ἱερεὺς] alias ordo erat ſingularis Exorciſtarum inter Clericos, quartus ab infimo, uti eos recenſet Iſidorus, qui lib. VII Orig. c. XII, novem Cleri gradus numerat; ita ut infimi gradus fuerit *Oſtiarius*: tum *Pſalmiſta*; dein *Lector*, *Exorciſta*, *Acoluthus*, (Latine *Ceroferarius*, qui cereos fert in Lectione Evangelii, aut oblatione ſacrificii) *Subdiaconus*, *Diaconus*, *Presbyter*, *Epiſcopus*. Idem Epiſcoporum ordinem ibidem quadruplicem memorat: ut ex his infimus ſimpliciter *Epiſcopus* fuerit appellatus: tum *Metropolita*, *Archiepiſcopus*, & *Patriarcha*. Rurſus inter Metropolitas pro dignitate provinciarum diverſitas quædam erat honoris. *Primates* enim *Metropolitani* vocabantur, qui primarum erant Provinciarum Metropolitæ. Sirmondus ad Sidonium Apollinar. l. VI, 5.

100. τῶν ἐξορκισμῶν εὐχάς] Has cum lego, non miror D. Gregorium Nazianzenum dixiſſe Orat. XL, Exorciſmos longiores fuiſſe, & *quibuſdam tædio plenos*.

1. Ἐπιτιμήσαι σοι κύριος] verba ſunt Michaelis Archangeli ad Diabolum de corpore Moyſis ſecum contendentem, in epiſt. Judæ verſ. IX.

2. Τουτέστι, σὲ τὸν Διάβολον] non intellexiſſet Diabolus, quem deſignaret exorciſta hiſce verbis, τὸν κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, niſi hæc interpretatio fuiſſet addita. Nam, ut eſt μωρώνυμος, ita ſæpe præ ſtupore ingenii titulos, & cognomina ſua, non ſtatim agnoſcit.

3. ὃν στρέφουσι φρουρεῖ αὐτῷ] locus eſt corruptus: quem ita corrigo: ὃν στρέφουσι τοῦ φρουρεῖν αὐτό, ſc. τὸ ξύλον τῆς ζωῆς.

4. περιπατήσαντας ἐπὶ ξηρῷ] lege, περιπατήσαντος ὡς ἐπὶ ξηρᾷ: ἡ ξηρά, *arida*, pro terra, more Hebræorum.

5. Ἔξελθε] formula ſollemnis exorciſmi: *Maledicte, exi foras.* Optatus Milevit. l. IV.

μάτων τούτων, καὶ μὴ ὑποστρέψῃς, μηδὲ ὑποκρυβῇς εἰς αὐτούς, μηδὲ συναντήσῃς τινὶ αὐτῶν, ἢ ἐνεργήσῃς, ἢ ἐρραγῇς, μὴ ἐν νυκτί, μὴ ἐν ἡμέρᾳ, [6] ἢ ἐν ὥρᾳ, ἢ ἐν μεσημβρίᾳ. ἀλλὰ ἄπελθε [7] εἰς τὸν ἴδιον τάρταρον, ἕως τῆς ἡτοιμασμένης μεγάλης ἡμέρας τῆς κρίσεως. Φοβήθητι τὸν θεὸν τὸν καθήμενον ἐπὶ θρόνου χερουβίμ, καὶ ἐπιβλέποντα τὰς ἀβύσσους. ὃν τρέμουσιν ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, θρόνοι, κυριότητες, ἀρχαί, ἐξουσίαι, δυνάμεις, καὶ τὰ πολυόμματα χερουβίμ. ὃν τρέμει ὁ οὐρανός, καὶ ἡ γῆ, καὶ ἡ θάλασσα, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. ἔξελθε καὶ ἀναχώρησον ἀπὸ τῶν σφραγισθέντων νεολέκτων στρατιωτῶν τοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν. κατ' ἐκείνου γάρ σε ὁρκίζω τοῦ περιπατοῦντος ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων, τοῦ ποιοῦντος τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον. ἔξελθε καὶ ἀναχώρησον ἀπὸ τῶν πλασμάτων τούτων [8] σὺμ πάσῃ τῇ δυνάμει, καὶ τοῖς ἀγγέλοις σου.

Ἐκφώνησις.

Ὅτι δεδόξασται τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεί.

Ἀφορκισμὸς β'.

Ὁ θεὸς ὁ ἅγιος, ὁ φοβερὸς καὶ ἔνδοξος, ὁ ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις καὶ τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ ἀκατάληπτος, καὶ ἀνεξιχνίαστος ὑπάρχων, αὐτὸς προορίσας σοι, διάβολε, τῆς αἰωνίου κολάσεως τὴν τιμωρίαν, δι' ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν αὐτοῦ δούλων κελεύει σοι, καὶ πάσῃ τῇ συνεργῷ σου δυνάμει, ἀποστῆναι ἀπὸ τῶν νεωστὶ σφραγισθέντων ἐπ' ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ ἡμῶν θεοῦ. ὁρκίζω σε οὖν παμπόνηρον, καὶ ἀκάθαρτον, καὶ μιαρόν, καὶ ἐβδελυγμένον, καὶ ἀλλότριον πνεῦμα, κατὰ τῆς δυνάμεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ πᾶσαν ἐξουσίαν ἔχοντος ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς. τοῦ εἰπόντος τῷ κωφῷ καὶ ἀλάλῳ δαίμονι, ἔξελθε ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ μηκέτι εἰσέλθῃς εἰς αὐτόν. ἀναχώρησον, γνώρισον τὴν σὴν ματαίαν δύναμιν, τὴν μηδὲ χοίρων ἐξουσίαν ἔχουσαν. ὑπομνήσθητι τοῦ ἐπιτάξαντός σοι κατὰ τὴν σὴν αἴτησιν εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων εἰσελθεῖν. Φοβήθητι τὸν θεόν, οὗ τῷ προστάγματι ἡ γῆ καθ' ὑδάτων ἐστήρικται. τὸν κτίσαντα τὰ ὄρη σταθμῷ, καὶ τὰς νάπας ζυγῷ, καὶ θέντα ἄμμον θαλάσσῃ·

6 ἢ ὥρᾳ] puto legendum, μὴ ἐν ὥρᾳ, μὴ ἐν μεσημβρίᾳ. ut ὥρα hic totum diurnum ſpatium ſignificet, μεσημβρία, dimidium diei verumtamen non ſatisfacio mihi, quia per

σημ—

facit. Etenim hic ipſe & nunc tibi per nos imperat. Extimeſce, exi, ac diſcede ab his figmentis manuum ejus, neque revertaris amplius, neque ea iterum clam ſubeas, neque occurras alicui eorum, neque in iis opereris, aut erumpas, ac vim tuam exſeras, neque noctu, neque interdiu, neque mane, neque media die: verum abi in deſtinatam ac propriam tibi inferorum ſedem, in magnam uſque illam judicio præparatam diem. Horre Deum illum, qui in throno Cherubim ſedet, & abyſſos perluſtrat; quem angeli tremunt, & archangeli, & throni, & dominationes, & principatus, & poteſtates, & multoculos Cherubim: quem cœlum & terra tremit, & mare, & omnia, quæ in his reperiuntur. Exi, & diſcede ab his ſignatis Chriſti Dei noſtri tironibus. Etenim per eum te adjuro, qui ſuper alas ambulat ventorum, qui nuntios ſuos ſpiritus facit, & miniſtros ſuos ignem ardentem. Exi, & diſcede ab hiſce manuum ejus figmentis cum omnibus poteſtatibus, & angelis tuis.

Exclamatio.

Exaltatum namque eſt nomen Patris, & filii, & Spiritus Sancti, nunc, & ſemper, &c.

Exorciſmus II.

Deus, qui ſanctus, tremendus, glorioſus eſt, quique in omnibus operibus ſuis, ac potentia ſua, incomprehenſibilis & inexplorabilis eſt; ille, qui tibi, Diabole, æternæ punitionis pœnam præſtituit, per nos Chriſtianos ſervos ſuos, tibi præcipit, & omni auxiliari tuo exercitui, ut hinc diſcedas ab hiſce recens ſignatis in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, veri Dei noſtri. Adjuro te igitur, ſceleſtiſſime, impure, profane, abominande, & aliene ſpiritus, per potentiam Jeſu Chriſti, cui omnis poteſtas data in cœlo & in terra: qui ſurdo & muto dæmoni dixit, Exi ex hoc homine, neque umquam in illum revertare. Abi hinc, agnoſce vanam tuam potentiam, quæ ne in porcos quidem poteſtatem habet. Recordare jubentis tibi, uti petebas, ut in gregem porcorum intrares. Verere Deum, cujus imperio terra in aquis ſtabilita eſt: qui montes condidit ad perpendiculum, & fontes creavit ad libram, & arenam mari poſuit pro limite, & tranquillam in vehementi fluctuum concitatione commorationem. Qui attingit montes, & ecce fumigant: qui lumen induit,

μεσημβρία meridiem, ſeu medii diei tempus ſignificat. Quare rectius videtur, μὴ φῶθι, μὴ ἐν μεσημβρίᾳ: *Neve cum eliſione erumpas, neque noctu, neque interdiu, ſive mane, ſive meridie.*

7. εἰς τὸν ἴδιον τάρταρον] id eſt, τὸν ὀφειλόμενον. ſic Judas Actor. c. 1, 25. πορευθῆναι dicitur εἰς τὸν ἴδιον τόπον. & S. Ignatius in epiſt. ad Magneſios: καὶ ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον τόπον μέλλει χωρεῖν.

8. συμπαγῆ] ν hic ob ſequentem literam labialem π in μ vertitur, uti ſæpe in lapidibus factitatum monui in *Fortuitis* pag. 310.

9. Ἐκφώνησις] Clara hoc, quod ſequitur, voce acclamabatur a ſuccinente Diacono.

